✠

ANNUS SANCTUS,

POËTICÈ CONCINNATUS,

IN QUO OMNIA SANCTÆ ECCLESIÆ FESTA, tum de Tempore, tum de Sanctis, brevi, perspicuâ methodô, & multigenâ versuum varietate celebrantur.

In duas divisus Partes,
QUARUM PRIMA AGIT DE FESTIS Mobilibus, seu de Proprio de Tempore: Secunda, verò, de his, quæ certis sunt alligata diebus.

Annectitur duplex Index:
UNUS NOMINA SOLEMNITATUM, & Sanctorum, per ordinem Alphabeticum exhibet: Alter Hymnos, etiam per Alphabetum, coordinat.

ADDITUR EARUNDEM FESTIVITATUM BREVE Kalèndarium.

Clavis, tandem,
AD FACILÈ DIGNOSCENDUM, QUÔ QUISQUE Hymnus artificiô, sivè metri coalescat structurâ.

OPUS, PRÆSERTIM AD JUVENTUTEM piè erudiendam, aptissimum.

AUCTORE P. JOANNE IGNATIO DE LARRALDE, Societatis JESV Presbyterô.

MATRITI. ANNO Dñi. MDCCXLIX.

BIBLIOTECA REAL

DEDICATIO OPERIS.

ùm Libellus iſte (ò Auguſtiſsima Cœli Regina) tuos, & Filij tui, Domini N. Jeſu-Chriſti, ejuſque Sanctorum, triumphos, & virtutes contineat, & celebret: ad Te, quæ Eccleſiæ totius Magiſtra es, & cum Genito Co-Redemptrix, dirigi, & conſecrari jure optimô expectebat. Eum ideò non ad alias deſtino aras. Tuum quęro, & ambio Patrocinium. Tuô ille Nomine frequèns reſonat, & dulceſcit. Sancti, quorum etiam nominibus decoratur, à Te, velut à Fonte virtutum omnium terſiſsimo, morum ſuorum ſanctitatem hauſerunt. Te velut ſydus ſuſpicientes, ad littus optatum appulerunt: *Ipſa*, (a) *enim*, *es præclara*, *& eximia ſtella*, *ſuper hoc mare*

(a) S. Ber. *Homilia 2. ſuper Miſſus.*

mare magnum, & ſpatioſum neceſſariò ſublevata, micans meritis, illuſtrans exemplis. Te illi ſequentes, non deviarunt: Te rogante, non deſperarunt: Te cogitantes, non erraverunt: Te tenente, non corruerunt: Te protegente, non metuerunt: Te Duce, non ſunt fatigati: Te propitiâ, pervenerunt. Tu, (b) *ut ad conceptionem Æterni Verbi pertingeres, meritorum verticem ſupra omnes Angelorum choros, uſque ad Solium Deitatis evexiſti.* Per (c) *Te exultat Cœlum, lætantur Angeli, & Archangeli, fugantur Dæmones, & homo ipſe ad Cœlum revocatur* ::::: *Te adjutrice, gentes veniunt ad pœnitentiam.* Talis, enim eras, dum adhuc mortales ageres dies, ut Tui *unius vita omnium eſſet diſciplina.* Eras, ſiquidem, *corde* (d) *humilis, verbis gravis, animi prudens, loquendi parcior, legendi ſtudioſior, intenta operi,*

Ex D. Bernar. *Homilia 2. ſuper Miſſus.*

(b) Div. Greg. Mag. in lib 1. Reg. 1.

(c) D. Cyrillus Epiſc. Alexandrinus, *Homilia cõtra Neſtorium.*

(d) D. Ambroſ *lib. 2. de Virginibus.*

ri, verecunda sermone; arbitrum mentis, solita non hominem, sed Deum quærere: nullum lædere, benè velle omnibus, assurgere majoribus natu, æqualibus non invidere, fugere jactantiam, rationem sequi, amare virtutem: eos solos solita cœtus virorum invisere, quos misericordia non erubesceret, neque præteriret verecundia. Cui nil torvum in oculis, nil in verbis procax, nil in actu inverecundum; non gestus fractior, non incessus solutior, non vox petulantior: ut ipsa corporis species simulacrum fuerit mentis, figura probitatis. Quæ (e) *arrogantiam, & superbiam, & viam pravam, & os bilingue* totô semper animô detestabaris. Jure, ergo, tantis ornata meritîs, virtutibûs, perfectionibûs, velut eximium exemplar toti proponeris Orbi, cui perfectiùs qui se similaverit, eò etiam magis gratiarum proficiet incrementô. A Te,

(e) Proverb. 8. 13.

& in Te (*quàm* (f) *Dominus possedit in initiò viarum suarum , antequam quidquam faceret à principio* : atque *ab æterno ordinata es, & ex antiquis, antequàm terra fieret*) puritatem Angeli , amorem Seraphim , sapientiam Cherubim , Fidem Prophetæ, Spem Patriarchæ , Apostoli zelum, Martyres fortitudinem , Doctores scientiam , candorem Virgines didicerunt. Tu facta es, *quasi* (g) *Navis Institoris de longi portans Panem* tuum ; id est : Qui meritorum tuorum magnitudine Deum ipsum è sublimi Cœli Throno in virginalem tuum thalamum avolare fecisti , ut Panis nobis fieret , qui vitam cibaret , firmaretque in æternum.

(f) Proverb. 8. 22. & 23.

(g) Prov. 31. 24.

(h) D. Germanus Constantinopolitanus , *de Zona Virginis.*

Quod si , verò , tuam in nos benevolentiam inspiciamus : *Patrocinium* (h) *tuum majus est , quàm intelligentiâ apprehendi possit. Tu* (i) *inexaustum pelagus gaudij , mœroris obli-*

(i) D. Jannes Damascenus, *Orat. 2. de assumpt.*

obliteratio, pharmacum ex omni pectore dolorem propulsans. Tu (k) illa Israëlitica Columna, quæ blanda per diem nubes, ardorem mitigas passionum, ne suô homines incendiô absumant; & per noctem ignea, ut suô nebulas splendore defuget ne semitam, in Cœlestem vergentem Patriam, obnubilent. Tu (l) mitis illa Columba, quæ virentem olivæ ramum ore gestans, procellosô mari jactatis lætam prænotas securitatem, & pacem. Tu (m) Iris placidissima, quæ post longam, horridamque tempestatem, serenitatem nuntias: & versus Cœlum Maternarum vibras precum jacula quæ Omnipotentem subigant ad clementiam. (n) *Puteus aquarum viventium*; ut quicumque æger, quicumque igne vitiorum sitibundus: salutis, & refrigerij latices haurire queat. Et si hauriendi fugerit laborem, *Fons* (o) *es signatus:*

(k) Exod. 13. 21.

(l) Gen. 8. 11

(m) Gen. 9. 14.

(n) Cantic. 4. 15.

(o) Cant. 4. 12.

tus : *Fons* (p) *Hortorum*, ut sparsis hinc inde misericordiæ rivulis, corda irriges, quæ siccâ hiabant ariditate ; & fœcundi deinceps Horti, amœnô pullulent plantarum germine. Tu (q) *Hortus conclusus*, in quo jucundâ Dominus deliciatur voluptate : conclusus alijs, præter illum: ne amor aliquis, qui sine Deo sit, illuc aditum reperire possit. Tu *Stella* (r) *matutina*, quæ vitæ diem splendore collustras, offuscantes diluis tenebras, inque Cœlum tendenti viam præmonstras dilucidè, ne quis, vel levî offendiculô, claudicet, hæreatve, ad progressum. Tu, *quasi* (s) *Palma, exaltata es* : & (t) *statura tua assimilata est Palmæ* ; nam, quòd plùs meritorum tuorum altitudine es vicinior solio Deitatis : eò etiàm magis in terram demittis clementiæ, & misericordiæ ramos ; ut fluctivagô Mundi gurgite periclitantes eripias, & sospites;

(p) Cant. 4. 15.

(q) Cant. 4. 12.

(r) Eccli. 50. 6.

(s) Eccl. 24. 18.

(t) Cant. 7. 7.

&

& fructuum adimpleas ubertate. Tu, *ſicut* (u) *Turris David* :::::: *quæ ædificata es cum propugnaculis* : ex qua *mille clypei pendent* :::: *omnis armatura fortium* ; ſcilicet : ſcuta, galeæ, thoraces, & ægides, ut Clientes tantùm protegas, ad defenſivum, nempe, bellum; neque enim mite ſuſtinet ingenium, offenſivis prælijs vel ipſos hoſtes impetere. Si, tamen, opus ſit, es etiam *Terribilis* (x) *ut caſtrorum acies ordinata.* Et *Equitatui* (y) ſuo *in curribus Pharaonis* aſsimilavit te Deus amicam ſuam ; ut tuorum inimicos ſervorum debelles prorſus, & conteras. *Fecit*, (z) *enim tibi magna, qui potens eſt : & data eſt Tibi omnis poteſtas in Cœlo, & in Terra. Et nil Tibi impoſsibile* :::::: *Accedis enim, ad illud aureum reconciliationis humanæ altare, non ſolum rogans ; ſed etiam imperans : Domina ; non ancilla.*

(u) Cant. 4. 4.

(x) Cant. 6. 3.

(y) Cant. 1. 8.

(z) S. Petrus Damianus, *Ser. de Nativ. Virgin.*

Præterea, ad lætiſsimum totius Mun-

Mundi ſolatium, mitis es, & blanda: *Spiritus*, (A) *enim*, *tuus ſuper mel dulcis*: *Favus* (b) *diſtillans labia tua* :::: *mel, & lac ſub lingua tua*: *Et* (c) *lex clementiæ in lingua tua*: adeò ut numquam pro juſtitiæ juribus vindicandis, ſemper pro miſericordiæ lenitate procuranda, totam colloces ſollicitudinem, Maternamque expendas authoritatem: quæ dignâ nuncupatione *Vellus* (d) meritò appellaris; de cujus molli ſinu Agnus egreſſus eſt; vellus, inquàm, quod manſueti, mitiſque animantis exuvium eſt. Nil vellere mitius; nil etiam validius ad hoſtiles impetus retundendos; quippe quòd ictus ingentes hebetat, & refringit. Tua, enim, (ò Virgo) manſuetudo fulminantem, ac ſævientem iram Numinis in peccatores frangit, hebetat, & exarmat. Idcircò *Oleum* (e) *effuſum Nomen tuum*. Nullus ex cunctis liquoribus blandior, ac oleô

(A) Eccl. 24. 27.
(b) Cant. 4. 11
(c) Prov. 31. 26.
(d) Judit. 6. 40
(e) Cant. 1. 2.

pene-

penetrabilior: nihilô etiam humana corda aut dulcius recreantur, aut medullitiùs emolliuntur, quàm tuæ memoriâ pietatis. Ideò *Memoria* (f) *tua in generationes ſæculorum*. Et *ex* (g) *hoc Beatam Te dicent omnes generationes*. Hinc etiam *ſurrexerunt* (h) *Filij tui, & Beatiſsimam prædicaverunt*: nec poteſt non ſurgere, ut & terrenis ſordibus ſe non erigere, qui Te deprædicet, & affectu celebret venerabundô; *qui*, (i) *enim, Te elucidant, vitam æternam habebunt*: *& qui audit Te, non confundetur*: *&* (k) *qui operantur in Te, non peccabunt*. Ipſa, etenim, *in* (l) *Electis tuis mittis radices*: Quia *in* (m) *Hæreditate Domini* (quæ ab ipſo redempta, & ſibi devota Gens eſt) moraberis: nam radicaviſti *in Populo* (n) *honorificato*. Et eſſe cum filijs hominum deliciæ tuæ ſunt.

(f) Eccl. 24. 28.
(g) Luc. 1. 48.
(h) Prov. 31. 28.
(i) Eccl. 24. 31.
(k) Verſ. 30.
(l) Eccl. 24. 13.
(m) Verſ. 11.
(n) Verſ. 16.

Te, velut *ſignum* (o) *magnum* in Cœlo apparens, viderat Joannes, tuus

(o) Apoc. 12. 1.

tuus ille Filius adoptivus : Mulierem, scilicet, amictam Sole, & Lunam sub pedibus tuis, & in capite tuo coronam Stellarum duodecim. Solem, Lunam, & Stellas, ex quarum lumine, & influxu tellus germinat, & exhilerescit, te ambientes conspexit: ex Qua, & per Quam totus Mundus exultat, & ditescit. Tuarum, tamen, manuum haud meminit, licét corporis pars sint tam elegans. At, verò, Cœlum non ita tuis manibus indiget, quàm Terra. In Cœlo enim, *absterserit* (p) *Deus omnem lachrymam ab oculis* in tuta jam statione gaudentium ; ubi *mors non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra; quia prima abierunt.* In Terra utiliùs commorantur; valle, nempe, lachrymarum, æquè ac miseriarum, *Quamdiù* (q) *versabaris in Terra, te habuit parva Terræ portio: ex quo, tamen, translata es è Terra, Te universus Mundus continet, commune pro-*

(p) Apoc. 21. 4.

(q) Andræas Cretensis, *Serm. de Assumpt.*

pi-

pitiatorium. Unde è Cœlo commodiùs munificam *manum* (r) *tuam aperis inopi, & palmas tuas extendis ad pauperem, ut* (s) *dites diligentes Te, & thesauros eorum repleas.* Nam (t) *Tecum sunt divitiæ, & gloria; opes superbæ, & justitia. Tuum* (u) *est consilium, & æquitas; tua est prudentia, tua fortitudo.* Nam, quamvis, immensæ fulgens gloriæ splendoribus, ibi Cœlitum assideas Regina; tamen *memor* (x) *eris Rahab, & Babylonis, scientium Te*: illius quidem lascivæ meritricis; & Urbis omnis plenę iniquitatis: modò Te sciant, Te noscant, Te recolant. Hinc *alienigenæ*, (y) *& Tyrus, & populus Æthiopum, hi fuerunt illic*: licèt, enim, scelesti sint, & impij; Tu, tamen, suavî tua benignitate lenis ad pietatem: & à scelerum fœditate eripiens, mores ingeris salutares, quibus æternam Beatitudinem nanciscantur. In hac Tu coronaris etiam *de* (z) *capite Amana, de verti-*

(r) Prov. 31. 20.
(s) Prov. 8. 20.
(t) Vers. 18.
(u) Vers. 14.
(x) Psal. 86. 4.
(y) Ibi.
(z) Cant. 4. 8.

ce

ce Sanir, & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum: de cavernosis, scilicet, & intonsis montibus, ubi immanes, & indomiti leones, & maculosi pardi, rapiunt, mactant, & dilaniant: hoc est: homines, qui criminum maculis deformes, qui vitiorum ferocitate insaniebant, at postea, tuô adjuti Patrociniô, ferinos mores in Christianam mansuetudinem, pietatemque, transmutarunt. *Egrederis*, (A) *enim, & abis post vestigia gregum, & pascis hædos tuos juxta tabernacula Pastorum. Tuos*, nempe, quia Pastoris Christi, Filij tui, cujus illi sunt, es ipsa Genitrix. Egrederis è Cœlesti Curia, & officiosa recordatione, affectu, & misericordiâ, abis post intorta hominum vestigia, à virtutis semita deviantium, & in barathrum desperationis miserè prolabentium: qui more pecudum, terrena, tantum, sapiunt, & cupiunt. Cœlestium immemores, & invitiorum

(A) Cant. 1. 7.

rum tetrô se versant volutabro. His, tamen, illustrationibûs ipsa tuis affulgere aggrederis. Salutarî primùm timore concutis: mentem illuminas, voluntatem flectis, & mulces: ferinos, allicis, exuere mores, ut Christum induant: ad Templa, Sacerdotes que, convenire, excitas, ubi pabulô nutris Divini Verbi, & Sacramentorum, vegetas alimoniâ.

Hinc & tuus Filius Jesus, tuæ indulgens indoli mansuetissimæ, postquàm in persona nos prædilecti Joannis tuos Filios constituisset, cùm è cruce te aspiciens, protulit: *Mulier ecce Filius tuus*, illi que vicissim: *Ecce Mater tua*: nunquàm exindè se *Filium Hominis* nuncupavit; non quòd, Glorioſus jam, mortalem adhùc Matrem refugeret, aut fastidiret, quam summopere diligebat; sed ut, quam ipsi, anteà mortali, curam & solicitudinem impendebas, in nos totam deinceps converteres, in ma-

Joann. 19. 26. & 27.

ri

ri hoc instabili adhùc fluctuantes. Ut pateat : quàm sit verum : Tē Hevæ mutasse nomen : illa, enim, auctrix peccati ; Tu, verò, meriti extitisti: illa occidendô obfuit; Tu, è contrà, vivificandô profuisti : illa percusit; Tu sanasti. O felix, *qui Te* (ò Virgo) *invenerit; inveniet, etenim, vitam, & hauriet salutem à Domino.*

Ex D. Aug. *Serm.* 18. *de Sanctis.*

Prov. 8. 35.

Vide, ergò, (pijssima Mater) quot, & quantis nominibûs de Christiano Populo benè merearis. Sive, ergo, Sancti, pij, & recti, totô vitæ tempore floruerint, id sunt assequuti, tuò fulti Patrocinio, *& in odorem* currentes *unguentorum tuorum*, id est exemplorum : sivè aliquandò impij, & scelesti; tu, quidem, illos, Maternâ Omnipotens prece, & interventu, é vitiorum voragine eruisti, & in tramite virtutum statuens, magnô ditatos thesaurô meritorum, in Cœlestem, tandem Patriam transvexisti. Hæc enim, est voluntas Dei, qui

Cant. 1. 4.

om-

omnia nos habere voluit per beneficas, & liberales manus tuas, quam Deus omnium suarum divitiarum constituit Dispensatricem. Ex D. Bernardo.

Jure, ergò, hujus Tu fronte Libelli prima conspicienda ades, velut Antesignana, seu Vexillifera totius Populi Christiani, quæ bellô gerendô in hac mortali vita, quæ *militia est*; & ubi violentiâ opus est; quia *Regnum Cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud*, prima militas, vincis, & triumphas: prima in amando Deum, in caduca, & fugacia respuendo, & in perferendis laboribus; ut Sanctis omnibûs præires exemplò, ut gratiâ, & meritô antecedis. Job. 7. 1. Matth. 11, 12.

Accipe, igitur, exile munus, parvam oblationem, donum tenue; at affectum, reverentiam, propensionem in Te meam, si respicis, munus tribuo egregium, & opulentum; quod & ideò festivior ad aras consecro tuas; quòd, qui ita ad Te

confugerit, nullam posit sustinere repulsam; quia mitis es, dulcis, blanda; & quòd numquam auditum sit, Te quærentem fuisse unquàm derelictum. Audiam, quæso, ex tuo pijssimo ore, quod ex falso Numine se aliquando audivisse quidam mentitus est:

Ovidius Fastorum, libr. 6.

Jus tibi feciſti Numen Cœleſte videndi,
Cùm placuit, numerîs condere Feſta tuîs.

Tui humillimus Servus, tuisque pedibus provolutus,

Joannes Ignatius de Larralde,
Societatis Filij Tui Jesv.

FA-

FACULTAS ORDINIS.

BErnardus Sanctius Granado, Societatis Jesu, in Provincia Toletana Præpositus Provincialis, potestate ad id mihi facta a Reverendo admodùm Patre Nostro, Francisno Retz, Præposito Generali, facultatem facio, ut liber inscriptus: *Annus Sanctus Poëticè concinnatus, in quo Omnia Sanctæ Ecclesiæ Festa, tum de Tempore, tum de Sanctis, brevî, perspicuâ methodô, & multigenâ Versuum varietate celebrantur.* Auctore Patre Joanne Ignatio de Larralde, nostræ Societatis Theologo, & ejusdem Societatis gravium, Doctorumque hominum judiciô approbatus, typis mandetur. In quorum fidem has litteras manu nostrâ subscriptas, & Sigillô nostrô munitas, dedimus. Matriti in nostro Imperiali Collegio die vigesima Februarij annô millesimô septingentesimô quadragesimô nonô.

Bernardus Sanctius Granado.

CENSURA R. A. P. GASPARIS ALVAREZ, *Societatis Jesu, olim in Regio Nobilium Matritensi Seminario Matheseos Professoris; nunc, verò, in hoc Regali Imperialis Collegij Gymnasio publici ejusdem Matheseos Vespertinæ Cathedræ Moderatoris sapientissimi.*

JUSSU legi Librum, cui Titulus est: *Annus Sanctus Poëticè concinnatus, in quo omnia Sanctæ Ecclesiæ Festa, tùm de Proprio de Tempore, tùm de Sanctis, brevi, perspicuâ methodo, & propè omnigenâ Carminum varietate celebrantur*; à P. Joanne Ignatio de Larralde, nostræ Societatis elucubratum. Et quidem introspicienti opus, statim occurrit illud: *Hoc opus Authorem laudat, & Author opus.* Quippe Author est is, cujus nomen ad opus quodvis illustrandum sufficeret: & opus tale est, ut Authorem, vel aliàs incognitum, pro meritis celebraret. Qui Patrem Larralde mirati sumus in scientijs superioribus apprimè versatum; & in scholastico pulvere sæpèsæpius victoriæ plausibus pro sui ingenij profunditate, & perspicuitate refertum conspeximus: qui eum pro nativa eloquentiæ vi, & benè fultarum rationum pondere oratoris laudem vidimus referentem: & qui eum regimini admotum tanta prudentiæ dexteritate vidimus moderari: neu-

ti-

siquam certè miramur, vel ad Pindum ascendisse, vel prosiluisse ad camænas. Nam ea est natura viri ornatissimi, & omni litterarum genere exculti, ut in nulla provincia extraneus: in omni ea regione, qua latè, longeque sphæra litteraria patet, enutritus esse videatur. In divinis litteris benè excultus, nec humaniores ignorat: nisi quod modò vel etiam humaniores quodammodò facit divinas: ita Poeseos artem dùm superis consecrat, supra Parnasum erexit, & ipsas Musas redidit sacratiores. Vir protsus præter otium cætera sciens, at quiescere nescius, modò pro occupationum natura ingenium ad superiora tollit: modò ad ima deprimit; sed semper elevat. *Quid agat*? de suo Lucilio rogabat Seneca, quæst. 44. at de nostro Authore, quid non agat, serius quærendum? cum omnia solus videatur agere. Solem (ajebat Pierius Valer. lib. 35. Hyerog. cap. 12.) centimanum fingebat Homerus ob innumerabilia, in quibus sese diffundit, officia. Sole enim agente, tellurij orbita adolescit in gramina, pubescit in flores, augescit in sylvas, arescit in glebas, nudatur in colles, sterilescit in valles, durescit in rupes: Aquæ elementum modo subit in imbres, rigescit in grandines, liquescit in fontes, tumescit in fluctus. Quis ergo centi manum negare audeat, qui tot, tamque varia indefes-

sus efficiat ? at quis non centimanum fateatur Authorem, qui solus instar solis scierit tam varia, tamque disita digniſsimè munia obire? Materies ſuppetit majora dicturo : ah ! vereor. in Adeph. Terentius audiatur.

Ah ! vereor coram in os te laudare amplius,
Ne id assentari magis, quam quod habeam gratum
Facere, existimes.

Dixi de Authore ad meritum nihil, ad ruborem satis. Aſt quid de opere ? opus sanè materiâ grave, artificiô ingenioſum, numine politum, hiſtoriâ ſanctum, verſibûs excultam, varietate gratum, legenti utile, facienti laborioſum. Hæc operis natura eſt, hic labor, hoc numen. Certè viri graviſsimi non dedignati ſunt, quandoque calamum ad carmina abrripere : quod è Patribus plures, ut Nazianzenus, & Paulinus, effecere : & ex Neotericis plures etiam, ijque viri graves, vel inter noſtrates, ut Mariana, & Gaſpar Sanchez, quem toto ore doctiſsimus Calmet Interpretum Magiſtrum proclamat : ſic interdum viris, vel plurimis, ſummiſque curis diſtentis, libet calamô proludere agreſti : ſic placuit Authori : materiem ſelegit, quam nulla ſacratior : videlicet Noſtri Redemptoris, &

Dei

Dei Genitricis Myſteria: actaque Divorum: ut dum carmen ſuavitate allicit ad legendum: ipſa virtus invitet ad imitandum: veluti ſi virtus, & verſus æquîs paſsibûs graderentur. Quare cum opus nil contineat, ut defacto nil continet, quod vel Fidei dogmatibus, vel bonis moribus contrarietur: Authorem, & librum, dignos judico: Authorem plauſu, librum prælo. Ita ſentio, ſalvo &c. Matriti in hoc Imperiali Collegio die 21. Aprilis anno Dñi. 1749.

†
JHS.
Gaſpar Alvarez.

LICENCIA DEL ORDINARIO.

NOS el Licenciado Don Miguèl Gomez de Escobàr, Inquisidor Ordinario, y Vicario de esta Villa de Madrid, y su Partido, &c. Por la presente, y por lo que à Nos toca, damos Licencia para que se pueda imprimir, è imprima el Libro, intitulado: *Annus Sanctus Poëticè Concinnatus*, &c. compuesto por el P. Juan Ignacio de Larralde, de la Compañia de Jesvs: atento, que de nuestra orden ha sido reconocido, y no contiene cosa opuesta à nuestra Santa Fe, y buenas costumbres. Fecha en Madrid à veinte y seis de Abril de mil setecientos quarenta y nueve.

Lic. Escobar.

Por su mandado,

Joseph Muñoz de Olivares.

CEN-

CENSURA REV. ADM. PATRIS Franciſci Cutillas, Soc. Jesv, olim in Complutenſi ejuſdem Soc. Collegio publici Philoſophiæ Profeſſoris: mox in Regio Matritenſi Nobilium Seminario Rectoris meritiſsimi: in præſentiarum, verò, in hoc Regali Imperialis Collegij Muſæo rerum Politicarum expertiſsimi Præceptoris; ubi etiam Græcam Linguam anteà tradidit.

DE mandato Regij Senatus Caſtellæ vidi Librum, cujus Titulus eſt: *Annus Sanctus, Poeticè concinnatus, in quo omnia Sanctæ Eccleſiæ Feſta, cùm de Tempore, tùm de Sanctis, brevî, ac perſpicuâ methodo, & propè omnigena Carminum varietate, celebrantur*, à P. Joanne Ignatio de Larralde, noſtræ Societatis, elaboratum. Legi attentè, & cum magna animi voluptate; totus, enim, Liber Deum ſonat, & deprædicat, ejuſque B. V. Matris, ac Sanctorum triumphos, & facinora; idque pellu-

ci-

cidâ quadâm conciſione ; quin faſtidium Lectori ; imò, ſalutarem afferat recreationem.

In hoc Opere, videtur impleri, quod à prophano Olim Poëta cantatum fuit:

Eſt Deus in nobis ; ſunt & commercia Cœli:
Sedibûs Æthereîs ſpiritus ille venit.

Et illud : *Tempus ille facer, qui Vatum pectora nutrit.* Nam Deus eſt, & in toto hoc Libro reſonat. Habet unicè cum Cœlo commercia. Nec ſpiritus, quô calent ad pietatem carmina, aliundè, quàm è Cœlo deſcendere potuiſſet. Et impetus iſte facer nutrivit, ſani, pectus Auctoris : quem in Ludi-Magiſtri munere exequendô, præter ſolitum omnibus, tempus impendiſſe, non vidimus; alias diſtentum, per annos haud modicos, in longè diverſis munîjs, à Religione injunctis, obeundis. Sed, quemadmodùm impetus ipſe facer nutrivit pectora Davidis, Damaſi, Nazianzeni,

Am-

Ambrosij, Paulini, & aliorum; gravî, licèt, & perpete occupationum mole detinerentur: sic & Auctor vel minuta temporis ramenta fraudari haud est passus, ut illò adactus æstrô, seu impetu, laudes Domino decantaret.

Imitare, Frater, (ait Ambrosius) *minutissimas Aves, manè, & vesperè Creatori gratias referendo. Et, si es devotior, imitare Luscinias: cui, quoniam ad dicendas laudes, dies sola non sufficit, nocturna spatia pervigilî cantinelâ decurrit*: sic & Auctor die, noctuque, ab hoc pio labore cessasse, non videtur; ut perpetuîs Deum laudibûs magnificaret. *Ser. in cap. 1. Malach.*

Paulus ad Colosenses ajebat: *Docentes, & commonentes vosmetipsos Psalmîs, Hymnîs, & Canticîs spiritualibûs: in gratia cantantis in cordibus vestri Deo.* Hoc, sanè, Auctor, efficit. Docet, & commonefacit omnes Psalmîs, Hymnîs, & Canticîs Spiritualibûs; & quidem in gratia, seu cum gratia, cantans; nam mirâ quâdum facundiæ, & facilitatis gratiâ cuncta carmina perfundit; cùm pleraque, præsertim ex Lyricis, difficilî admodùm structurâ constent. Coloss. 3. v. 16.

Exi-

Exigebat Regius Psaltes ; pro Deo laudando , novum Canticum: *Cantate Domino Canticum novum*; id est : novos humanorum cordium amores. Nam , ut ait Augustinus: *Quid habet Canticum novum , nisi amorem novum? Cantare amantis est: vox hujus Cantoris fervor est sancti amoris.* Liber hic novis passim Canticis , seu sacri incitamentis amoris, Lectoris se exhibet oculis ; viginti, enim , Carminum speciebus coalescit, ut adnotanti patebit.

Psal. 149. vers. 1.

Serm. 256. de Tempore.

Vult , præterea , Regius Vates, ut laus Dei in Ecclesia sit Sanctorum: *Laus ejus in Ecclesia Sanctorum.* Et in Psalmo 150. ultimo Psalmodiæ , & hujus velut corona , seu gemma , suadet , ut Deum laudemus in Sanctis ejus , & in virtutibus ejus : *Laudate eum in Sanctis ejus : laudate eum in virtutibus ejus.* Quod , plenè , Auctor perficit : primò , enim , in Festivitatibus celebrandis , morem , atque ordinem S. Ecclesiæ stabilis imitatur: deinde laudat Deum in Sanctis ejus, quorum uberes , & pulcherrimas Cohortes commemorat , & elegantibus

Psal. 149. vers. 1.

Psal. 150. vers. 1.

Dis-

Distinctis ; & Hymnis concelebrat : postrimò laudat Deum in virtutibus ejus ; cùm, enim, mirabilior sit in Gratiæ, quàm in Naturæ operibus, ejus virtutes præcipuè sunt, quæ spectant ineffabile Incarnationis Mysterium, cæteraque, quæ ad nostram pertinent salutem, quæ omnia Auctor tractat, & cantat, sublimiorî quâdam suavitate, & energiâ.

In præfato ultimo Psalmo 150. invitat David, ut laudemus Dominum omnî genere musicorum instrumentorum, & modis canendi: *Tubâ*, scilicet, *Psalteriò*, *Citharâ*, *Tympanis*, *Chorò*, *Chordis*, *Organis*, *& Cymbalis* : usque adeò in hoc ultimo fervoris æstu, laudandi Deum desideriò exardebat. Auctor hujus Libri omnes pœnè species Carminum congerit, ut omni genere mentalium instrumentorum musicorum laudet ipse Dominum, Lectoresque omnes suaviter attrahat, ut idem perficiant. Quapropter judico, omnibus fore utilem ; præsertim, verò, juventuti, cujus saniori educationi valde proficuus erit ; sic, enim, simul cum Humana, Cœlestem sensim haurient eruditionem ; & mores à prima ætate Cœlo component. Cùm, igitur, nec contra mores, nec Regia Jura, quid contineat, dignum Librum censeo, qui typis mandetur. In hoc Imperiali Collegio Soc. Jesv, die 12. Martij, annô 1749. *Franciscus Cutillas.*

LICEN.

LICENCIA DEL CONSEJO.

DON Miguèl Fernandez Munilla, Secretario del Rey nuestro Señor, su Escrivano de Camara mas antiguo, y de Govierno del Consejo: Certifico, que por los Señores de èl se ha concedido Licencia al P. Juan Ignacio de Larralde, de la Compañia de Jesvs, para que por una vez pueda imprimir, y vender un Libro, intitulado: *Annus Sanctus, Poeticè concinnatus, in quo amnia Sanctæ Ecclesiæ Festa, tum de Tempore, tum de Sanctis, brevi, perspicua methodo, & multigena Versuum varietate celebrantur, in duas divisas Partes*, escrito por el susodicho, con que la impresion se haga por el Original, que và rubricado, y firmado al fin de mi firma; y que antes que se venda, se trayga al Consejo dicho Libro impresso, junto con su Original, y Certificacion del Corrector de estàr conforme, para que se tasse el precio à que se ha de vender: guardando en la Impresion lo dispuesto, y prevenido por las Leyes, y Pragmaticas de estos Reynos. Y para que conste, lo firme en Madrid à diez y seis de Abril de mil setecientos y quarenta y nueve.

D. Miguèl Fernandez Munilla.

ERRA-

ERRATA SIC CORRIGES:

P. paginam, & l. lineam significat.

PAG. 7. lin. 8. *planaenti*, leges *plaudenti*. P. 18. l. 14. *erit*, leg. *erat*. P. 39. l. 14. *mannu*, leg. *manu*. P. 61. l. 5. *scandant*, leg. *scandat*. P. 71. l. 2. *concinatus*, leg. *concinnatus*. P. 78. l. 12. *JULIANI*, leg. *JULIADI*. P. 110. l. 1. *ignitis*, leg. *Ignius*. P. 111. l. 27. *Redmemus*, leg. *Redimemus*. P. 115. l. 2. *Japonis*. leg. *Japones*. P. 137. l. 18. — leg. *& docet ore viros*. P. 135. l. 1. *almæ*, leg. *alma*. P. 153. l. 15. *dum*, leg. *que*. P. 159. l. 2. *Hunc*, leg. *Hinc*. P. 169. l. 12. *conscendant*, leg. *conscendat*. P. 180. l. *ultima*, *promptum*, leg. *peremptum*. P. 196. l. 8. *parvidi*. leg. *pavidi*. P. 230. l. 12. *nobis*, leg. *novis*. P. P. 275. l. 15. *pernox*, leg. *pernix*. P. 276. l. 17. *obstupere*, leg. *obstupuere*. P. 297. l. 2. *Percursor*, leg. *Præcursor*. P. 300. l. 15. *domat*, leg. *domabat*. P. 304. l. 6. *Deus*, leg. *decus*. P. 332. l. 19. *ipsa*, leg. *ipse*. P. 348. l. 8. *votat*, leg. *vota*. P. 365. l. 26. *quas*, leg. *quos*. P. 375. l. 10. *Mirgo*, leg. *Virgo*. P. 376. l. 16. *Mictu*, leg. *victu*. P. 402. l. 15. *perpers*, leg. *perpes*. P. 432. l. 8. *Ætheros*, leg. *Æthereos*. P. 432. l. 15. *celis*, leg. *cœlis*.

He visto este Libro intitulado: *Annus Sanctus*, *Poeticè concinnatus*, su Autor el P. Juan Ignacio de Larralde, de la Compañia de Jesus, y con estas erratas corresponde con su original. Madrid, y Noviembre diez y siete de mil setecientos y quarenta y nueve.

Lic. Don Manuel Licardo de Rivera,
Corrector General por su Magestad.

TAS-

TASSA.

DON Miguèl Fernandez Munilla, Secretario del Rey nueſtro Señor, ſu Eſcrivano de Camara mas antiguo, y de Govierno del Conſejo: Certifico, que haviendoſe viſto por los Señores de èl el Libro intitulado: *Annus Sanctus Poeticè concinnatus, &c.* ſu Auctor el P. Juan Ignacio de Larralde, de la Compañia de Jeſus, que con licencia de dichos Señores ha ſido impreſſo, taſſaron à ſeis maravedis cada pliego, y el referido Libro parece tiene veinte y ſiete, ſin principios, ni Tablas: y al dicho precio, y no mas, mandaron ſe venda, y que eſta Certificacion ſe ponga al principio de cada Libro, para que ſe ſepa el à que ſe ha de vender: Y para que conſte, lo firmè en Madrid à veinte y quatro de Noviembre de mil ſetecientos y quarenta y nueve.

D. Miguèl Fernandez Munilla.

PRÆ-

PRÆFATIO AD LECTOREM.

Cùm juxta mei Ordinis Institutum præscriptumque Superiorum, Humaniores Litteras publicè docerem (quod in nova peregi Carthagine, incidente per id tempus Anno JUBILÆI, seu Annô Sanctô 1725. quod & Libri Titulo ocasionem præbuit) ut ad Latinam Poësim, quâ semper sum delectatus, Discipulos allicerem, exemplô, anteire decrevi: atque intervallîs, spatijsque temporis, quæ post exacta diurna Gymnasii pensa, restabant, sivè ad hodierna, sivè ad crastina Ecclesiæ Festa, Divorumque Solemnitates, extemporalis carmina componebam. Quos tunc, & illi in vernaculum verterent idioma, & admetri trutinam expenderent, & metirentur;

quod êis exercitium magnô ad profectum incitamento fuisse, affatim sum expertus. Hinc contigit, ut, elapsô JUBILÆI annô, non modica extâret copia versuum, quos codici adnectere libuit, ne, aut disparerent sejuncti, aut tractu temporis interirent.

Hæc ego satis juvenis. Ætate provectior, & aliquam nactus opportunitatem, quâ plures carebam annos. Opus ampliavi, additîs multîs Hymnis, Distichîs, & Elegiîs, cùm circa Fidei Mysteria, tùm plurimorum etiam Sanctorum, quorum lectio utilitati mihi foret, & solatio. Ea nunc typis mandare statui, persuasione egregiè Peritorum, qui exiguam hanc Operam nonnullô ducere prętiô haud sunt dedignati. Ego, verò, ad principium, undè prodijt, lubens destino: ad Gymnasia, scilicet Humaniorum Litterarum, ut earum Præ-

cep-

ceptores (si quæ supererit, post solita Gymnasii munia, temporis portio) materiem ex hoc Libello exercitationi, & pietati, haurire queant.

Brevitatem non nemo mirabitur, quòd duobûs tantùm Distichîs Vitas, & Gesta Sanctorum, aut Fidei Mysteria comprehendere, decreverim; cum brevitas obscuritatem pariat, juxta illud: *Obscurus fio, dum brevis esse volo.*

Fateor, equidem; sed cum ab initio ad impendendas utiliter in Gymnasio exiguas etiam morulas, quæ supererent, sint condita: eâdem ratione continuare, decebat, ne Opus disparе sibi methodô displiceret. Prætereà suâ, satis perspicuâ, brevitate Pictoribus, aut in ære Inciforibus apta esse possunt, ut ad calcem, sive ad Imaginum thronos, brevî etiam spatiô capi valeant, & exarari; nam & ideò

D nomina, aut propria, aut Patronimica, vel aliquâ interdùm contractione, seu modicâ immutatione, ad metri nexum aptata, in ipsis plerumque Distichis comprehenduntur; & hominibus, qui in Ecclesiastica Historia, vel Actis Sanctorum perlegendis, sint versati, velut Promptuarium ad memoriam subservire valent. Quin & ipsi Ludi-Magistri brevi quadâm explicatione Discipulis affulgere facilè poterunt.

Nec nimis brevia hæc carmina videbuntur, si Græcorum, Moscorumque, morem attendamus. Kalendarium est, (ait P. Papebrochius) *quod Græci Menæum, & Menælogium appellant: & hôc nomine Græci, non solùm intelligunt brevem aliquam Sanctorum, toto anno quotidiè recurrentium, nomenclaturam ::: Sed etiam, idque potissimùm, explicationem quamdam unius,*

P. Daniel Papebrochius, tom. 1. Maij, *in Præfatione Collectionis, qui ipse est.*

unius, pluriumve, per dies singulos recolendorum notitiam, quoad vitæ, aut passionis modum tempus, aut locum; qualem continent, quæ etiam vocantur, & passim à nobis laudantur, Synaxaria.

Et infra: *Habemus duplex genus Menæorum, brevissimum unum, quod totum possit membrana una expansa cujusque mensis objici oculis; plenius alterum: figuratum unum, metricum alterum.* Quod totum ipse Papebrochius appellat Ephemerides ad Græc. Moscat. quas per menses disponit; & v. g. repræsentatut: Januarius Græcorum Metricus, Januarius Moscorum Figuratus. Januarius Metricus (idem de reliquis) singulis diebus per Exametrum notat mortem Sancti diei. V. g. die 17. Januarij S. Antonij Abbatis, sic.

Setena decima Antonius astra petivit.

Et die 31. Januarij S. Ignatij, Martyris, sic:

Ignatij exuvias vigesimanona revexit.

Et die 24. Junij S. Joannis Baptistæ:

Natalis Prodromo vigesimaquartaque lux est.

Sed notandum, quòd semper ad Exametra Latina præcedunt Exametra Græca, quæ defectu typorum hic haud apponuntur.

Ovidius Naso Æthnicorum Fastus, & Festa, quibús vanos inanium Numinum triumphos, & plerumque scelera, percolebant, versibûs, velut compendiô, dictim congessit, & brevî calamo celebravit. Fas sit, & mihi brevi etiam stylô, & carmine, Mysteria, & Divos proponere, & evehere, quibus nostra vera Religio totum anni spatium

tium lenit, recreat, & sanctificat.

Epigramma (quod à verbo Græco *ipographi*, id est: *inscribo*, dicitur) initiô nihil aliud fuit, quàm brevis paucorum verborum inscriptio pro elogio incisa trophœis, ut in scutis, & vexillis: & ex hoc capite nostra hęc Districha Epigrammatum nomine gaudere posse, satis liquet; cùm præcipua Sanctorum elogia paucîs contineant verbîs.

Ergo, in bino Disticho sæpè accidit, quòd in primo ad ipsum Sanctum, aut Sanctam, per *Apostrophen* sermonem dirigam; in secundo, verò, impersonaliter verba texam. Libri lectio eó minorem capiti de fatigationem afferet, quò faciliùs abrumpi patitur; eò quòd breves tractet materias, & erga se invicem inconnexas.

In Dominicis Quadragesimæ Elegias addo, morem imitatus, qui in nostra viget Hispania; ubi

eis

eis diebus, etiam vesperè, Contiones frequenter habentur, qui salutarî Dei timore Populum percellant, & in semita statuant Christianæ perfectionis. Tu, verò, bone Lector, perlege: & utinam, uti cupio, & spero, in Dei, ejusque Sanctorum, amorem exardeas. VALE.

PROE-

* * * * * † * * * * *
* * * * * * JHS. * * * * *
* * * * * * * * * * *

ANNUS SANCTUS,

HYMNIS, AC DISTICHIS concinnatus,

CONTINENS FESTA,

quæ à Sancta Romana Ecclesia celebrantur.

PARS PRIMA.

AGIT DE FESTIS MOVILIBUS, seu de Proprio de Tempore.

PROËMIUM.

PErsonîs Trinus ; naturâ sed Deus Unus:
Ingenitus PATER, & NATUS generatus, & almus
SPIRITUS, amborum procedens nexus amoris:
Una quibus Deitas, mens una, atque una voluntas,
Imperium, solium, sapientia, vita, potestas:
Se solò plenus, felix, & dives, & uber,
Vixit ab æternò, rebûs non indigus ullîs.

Sed tamen, ut dotes alijs ostenderet, utque,
Si sibi parerent, felices redderet, Orbem
Condidit ex nihilo. Mentes sine corpore fecit,
Scilicet, Angelicas acies. Hominemque creavit
Ex limo terræ. Cœlumque, & Sydera nutu
Finxit; magnificumque Maris, Terræque theatrum,
Frugibûs hanc ditans, & ditans Piscibûs illud.
Protulit ex undis Volucres, ut cantibûs auras
Delectent, mensasque epulîs; Pecudesque per agros,
Ut præstent alimenta homini, seu vellere vestes.
At Superûm pars magna tumens, delusa, rebellis,
Dotibûs acceptîs demens, seu reddere grates
Factori ingratè renuit; seu subdere sese
Illius Imperio non vult; quin Sede, protervus
Lucifer antè alios inhiat fulgere Supremâ;
Indutum vel carne hominum, quò crimina tollat
Ipsorum, clemens, hominum, cognoscere Regem,
Æterni Patris, detrectat amabile Verbum.
Aligeros Michaël reliquos servatque, tenetque,
Constantes in amore Dei: suadetque, fideles
Infantis quondam recolant cunabula JESU;
Invigilent tutelæ hominum, comitentur in astra.
Quis sicut Deus? *exclamat.* Similisve quis usquàm
Esse potest Domino? *Vocem pia turba secuta*
Principis, ingratas abigunt ex Arce catervas;
Quæ, jactæ in Barathrum, pœnas sufferre perennes,
Coguntur: vinclisque Satan religatur abenis.
Inaè furens rabie, nigros jubet ire Sodales

Per

Per vastos Orbis tractus, tentare per omnes
Nequitiæ fraudes homines, ne sydera scandant;
Immò ferant secum pariter tormenta Gehennæ.
Hinc seductor Hevam, larvâ serpentis in horto
Se vafer obducens, feralî decipit esu.
Illa virum instabilem pomô pervertit eôdem:
Amboque depulsi Paradisi à limite, pœnas
Hic perferre graves, incendia postea Avernô,
Mulctantur. Soboleque, gravî vitiatâ venenô,
Desiperet, prona in pejus, cœlestibus exul
E solijs; ni damna Deus miseratus acerua,
Arceret tristem stragem, mortemque trèmendam.
Quod, pius, indulgens, blandâ pietate subegit
Justitiam. Cum carne hominum circumdatus, Orbi
Apparet pauper, Stygios ut falleret æstus.
Exemplô docuit, quæ semita vergat in astra;
Oreque, iam maior, perque oppida, perque remoti
Avia deserti, reflui per littora ponti,
Virtutes suadet, noxasque coarguit acris.
Verbera perpessus, nugas, convicia, spinas,
Et mortem subiens, lignô suspensus acerbô,
Tartareas clausit portas, reseravit & Arcis.
Delectos Socios (quorum sapientia nulla,
Nec virtus, nec opes, nec fandi vis erat ori.)
Imperio Crucis abductum perducere Mundum.
Mittit; &, exstinctîs, alios mox sufficit, illîs;
Sicque vocat Gentes omnî Regione morantes.

Maxima pars hominum, Cœli contraria jussis,
Dedita delicijs, opibus, rebusque caducis,
It præceps, & sponte ferum se trudit in Orcum.
Quin magis, in damnum, petulans insania bacchans,
Idolis struxere focos, arasque nefandas,
Queîs Dœmon, auctor fraudis, rapiebat honorem
Numinis. At siquis, seu vir, seu fœmina, cultum
Abnueret Statuis, crudelî morte Tyranni
Mactarent, quin parva ætas, nec tuta senilis.
Altera pars hominum, sensu meliore, superna,
Postpositîs vanîs, conquirit Regna, beatam
Vivat ubi vitam, quidquid prius Orbe laboret.
Angelicos inter cœtus, Hominumque piorum,
Virgo nitet, cunctisque præit, pulcherrima Cœli
Gemma, thronô fulgens sublimior omnibûs, Aulam
Aspectu recreans, roscôque nitore venustans.
Post illam Turbæ rutilant, quas dicere nemo
Nemo unquam, numerare potest, quæ Regna Polorũ,
Classibûs instructæ variîs, atque ordine justô,
Divitiîs habitant, plenæ dulcedine plenæ,
Est ubi lætus honor, stabilis concordia in ævum.
Hæc Christi, Matrisque piæ, Mysteria celsa.
Et simul Angelicos fastos, hominumque trophœa,
Hôc tenuî invenies, Lector, congesta Libellô:
Perlege, subsidiîs aderunt ex Æthere Divi.

AD.

ADVENTUS
VERBI DIVINI,
UT, HUMANÂ INDUTUM CARNE, HOMINES REDIMERET.

Populus, qui ambulabat in tenebris, vidit Lucem magnam: habitantibus in regione umbræ mortis, Lux orta est eis. Isai. 9. 2.

ELEGIA.

POstquàm dona Dei temerè prodêgit Adamus,
Tristemque infecit crimine Progeniem:
Clausa resistebant mortalibus ostia Cœli;
Et nullus poterat scandere in astra virum.
Intereà portas avidè pandebat Avernus,
Ibat & in Stygios plurima turba lacus.
Viderat Omnipotens strages, hominumque ruinas;
Et nequit medicas non adhibere manus.
Consiliô celsæ Triados disponitur Orbi
Prosperitas, columen, vita, medela, decor.
Namque Patris Verbum, quô mundi machina facta est,
Et rebus virtus, & decus omne, fluit:
Induere Humanos vultus, Humanaque membra,
Constituit, mœstis ut foret ampla salus.
Ast optata dies seros tardabat in annos;
Volvebantque pigras tempora lenta moras.

Omnia pro tanto certabant Sæcula Dono;
Ornari optabat quodlibet ore Dei.
Sed iam mœrebant, nimis expectantia Fortem,
qui, celer, eriperet vincula prisca reis.
Anxia jactabat suspiria tota vetustas:
Fundebant veteres vota, precesque, Patres.
At nondùm Lumen nostras veniebat ad horas,
Et longâ inscitiæ nocte nigrebat humus.
Tot Sanctos inter, quos omnis protulit ætas,
Sufficiens, vinctos solvere, nemo fuit.
Hinc solus Deus Omnipotens disrumpere posset
Vincla, tot implicitis nexibûs arcta diu.
Ergo, dies, tandem, miseris resplenduit ægris:
Fausta dies, secum gaudia cuncta trahens:
Læta dies, qua nulla nitet fulgentior axe:
Illa beat terram plausibûs, illa polum.
Hæc fugat offusas tenebras, hæc dissipat umbras;
Lucidiorque nitens sole, venustat humum.
Hâc verbum fit Homo, dignatum ferre labores,
Et nostras fragilî carne subire vices:
Eligitur Virgo, quâ non præstantior ulla:
Hanc Deus innumeris dotibûs excoluit.
Illa suum Auctorem generat, sustentat, alitque:
Totus quem Mundus non capit, illa capit.
Est fœcunda Parens, simul est castissima Virgo;
Plùsque nitet Partu Virginitatis honor.
Hæc Christi Populus colit his portenta diebûs:
Subtrahit atque cibos; ampliat atque preces.
Ecce, brevi JESUS aderit, qui jubila, visus,
Conferet; & tellus ætheris instar erit.
Deteget ille vias Cœli, monstrabit & Orci:
Has ut vitemus; quò gradiamur, eas.

DO-

DOMINICA I. ADVENTUS.

Tunc videbunt Filium hominis venientem in nube cum majestate magna, & potestate. Luc. 21. 27.

Qui, Puer, apparet, recreans dulcedine Mundum:
Terribilis rursùs Judicis ora geret.
Ah Mundi properat finis! quid amamus honores,
Illecebras, & opes, si peritura volant?

DOMINICA II. ADVENTUS.

Quid existis in desertum videre? Matth. 11. 7.

Evehit egregium plandentî voce Joannem
Christus: & hunc clamant signa beata Deum:
Sed, quia pòst obijt, miracula scandala causant
Gentibus. Ah stultis Crux sacra vilis erat!

DOMINICA III. ADVENTUS.

Non sunt dignus, ut solvam ejus corrigiam calceamenti. Joann. 1. 27.

Quàm benè voce Dei laudaris, Maxime Vatum,
Qui fugis oblatum julque, decusque, Dei:
Adventant Solymîs, proni te credere Christum:
Te Christi indignum sub pede inesse putas.

Feria IV. Quatuor Temporum.

Fiat mihi ſecundùm verbum tuum. Luc. 1. 38.

Tardabat Dominus, Mundi reparare ſalutem:
Mœrebant ſeris languida ſœcla malis:
Virgo ades, & Verbum ſit Homo ſub ventre pudico:
Quem tot non poterant ſæcula, Virgo trahit.

Feria VI. Quatuor Temporum.

Exultavit in gaudio Infans in utero meo. Luc. 1. 44.

Virginis ad voces Infans in ventre ſenilî
Geſtit, præſentem ſentit & eſſe Deum:
Culpa fugit, mutus loquitur, Matreſque beatæ
Præſagîs retegunt multa futura choris.

Sabbathum Quatuor Temporum.

Omnis vallis implebitur, & omnis mons, & collis humiliabitur. Luc. 3. 5.

Humanâ cum carne Deus cernêtur in Orbe,
Ut carnis noxas detrahat iſta caro.
Eſto humilis vallis, liquidîs ditaberis undîs;
At celsò collis vertice, ſiccus eris.

DO-

DOMINICA IV. ADVENTUS.

Genimina viperarum, quis ostendit vobis fugere à ventura ira? Luc. 3. 7.

Dùm venit, ut Mundum recreet, placidissimus Infans;
Quare Vox nemorum tot vomit ore minas?
Scilicet: Infantis quò nunc clementia maior,
Et furor in pravos posteà maior erit.

DOM. INF. OCTAV. NATIV. D.

Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel. Luc. 2. 34.

Hic erit (ajebat Simeon) Puer inclytus olim
Gloria certa bonis, certa ruina malis:
Infantem peramate, homines, simul atque timete;
Disquiret Judex acta scelesta gravis.

DOM. INF. OCTAV. EPIPHANIÆ D.

Et erat subditus illis. Luc. 2. 51.

Absconsus servi formâ, qui condidit astra,
Decernit, famulis subditus esse suis:
Ponite iam, tandem, dementia corda, superbi:
Increpat exemplis turgida colla Deus.

DOM.

DOM. I. POST EPIPHANIAM.

Invenerunt eum in Templo sedentem in medio Doctorum, audientem illos, & interrogantem eos. Luc. 2. 34.

Qui rogat, atque audit, Doctos Puer inclytus, illos,
Nulla docet, quamvis abdita nulla latent:
Est puer; & juvenes, arcana rogare, monebat;
At, doctos inter nulla docere, docet.

DOM. II. POST EPIPHAN.

Dicit Mater Jesu ad eum: vinum non habent. Joann. 2. 3.

Defectum Virgo vini, mensæque ruborem,
Astulit, afflictis prompta favore viris
Qui cupit, ut fauste succedant cuncta, MARIAM
Invocet: hæc vacuas non sinit ire preces.

DOM. III. POST EPIPHAN.

Ostende te Sacerdoti. Matth. 8. 4.

Voce jubente Dei, Leprosô lepra recedit,
Atque Sacerdoti munera ferre, monet.
Jura, docet, servari homini, qui jura gubernat,
Ut jus addiscas reddere cuique suum.

DOM.

DOM. IV. POST EPIPHAN.

Facta est tranquillitas magna. Matth. 8. 26.

Æquoreâ, socij pavitant, agitante procellâ;
Somnosque excutiunt voce timente Ducis:
Hic ventos, pelagusque, jubet, mansuescere: parent.
Succurrente Deo, nulla pericla nocent.

DOM. V. POST EPIPHAN.

Inimicus homo hoc fecit. Matth. 13. 28.

Tritica servantur, zizania creta cremantur,
Quæ levit, vigilans in mala, dirus homo:
In mundo junctim vivunt justique, malique;
At mors disiunctis sistet utrosque locis.

DOM. VI. POST EPIPHAN.

Simile est Regnum Cœlorum grano sinapis. Matth. 15. 13.

Arboris instar adest, cretâ radice, sinapis,
Ut ramos volucres sæpe habitare, petant.
Est paucis, parvisque viris, Ecclesia nata;
At Doctûm, & Procerum longa corona colit.

DOM.

DOM. SEPTUAGESIMA.

Erunt novissimi primi, & primi novissimi. Matth. 20. 16.

Qui colerent vites, famulos conduxit, & illis,
Post opus exactum, præmia donat Herus.
Ultimus, ut primus, persolvitur. Æthere primus
Assidet interdùm, qui minor Orbe fuit.

DOM. SEXAGESIMÆ.

Volucres Cœli comederunt illud. Luc. 8. 3.

Exemplò Christus segetum, quas devorat ales,
In multis Cœli verba perire, docet:
Ergo pias voces, ne Dœmon auferat, imò
Corde, vigil, serva; frugifer esto Deo

DOM. QUINQUAGESIMÆ.

Respice: Fides tua te salvum fecit. Luc. 18. 42.

Discipulis Christus pœnas memoratur acerbas,
Quas vult, ut Mundum salvet, audire brevi:
Lumina dat cœco: cœcos hic crimine quondam,
Indicat, à Christo lumen habere, viros.

SANC-

SANCTUM QUADRAGESIMÆ TEMPUS.

Tempore acceptò exaudivi te, & in Die ſalutis adjuvi te: ecce nunc tempus acceptabile; ecce nunc Dies ſalutis. 2. Cor. 6. 2.

ELEGIA.

QUadraginta dies, cunctîs abſtemius eſcîs;
Marcida quin ullus proluat ora latex;
Simotus peragit tacitâ Salvator eremô,
Iugiter eiaculans vota, preceſque Patri.
Hæc noſtræ poſuit primordia fauſta ſaluti;
Strenuus hîs armîs ad ſacra bella venit.
Exemplum Plebs ſancta ſui complexa Magiſtri,
Jeiunos totidem ſervat anhela dies.
Quin etiam crebrîs ſociat jeiunia votîs;
Et propè continuas fertque, refertque, preces.
Plurimus & Chriſti Præco per Pulpita clamans,
Cuncta ſalutarî corda timore quatit.
Quiſque reus curîs agitur, ploratque reatus;
Aure Sacerdoti detegit omne ſcelus.
Vivificô ſemel, atque iterum, ſe Corpore Chriſti
Munit, ut Infernum, fortior ipſe, domet.
Duriter at ſiquis monitis obſiſtat iniquus,
Turbatur, reliquos dùm videt aſtra ſequi:

Et,

Et, tandem, poſitô reſipiſcit crimine, vitam
Corrigit, Æthereas incipit ire vias.
Omnibus invadit ſtudium Cœleſte petendi
Regnum: fervet Amor, Speſque, Fideſque, vigent.
Mundantur mentes, ardent in amore ſuperno:
Deliciis tellus deſipit ipſa ſuis.
Divitiæ non ſic animos furantur, ut antè;
Terrenus ſplendor non, velut antè, placet.
Scilicet, irrorat ſolatia cordibus Æther:
Cœlica dulcedo gaudia vana fugat.
Virtutes florent, vitium, fraudeſque, recedunt.
Et facit innocuos ipſa Gehenna metu.
Aurea pax recreat; clamoſaque jurgia cedunt;
Et timor, & validat pectora dius Amor.
Allicit auxiliis Dominus, firmatque puſillos:
Cœleſtîque animas irrigat imbre frequens.
Juſtior evadit juſtus, fit ſanctior, antè
Sanctus, fervidior quærit, amatque Deum.
Hos finit, memorata, Dies pia Paſſio Chriſti;
Atque Redemptoris corda perurit amor.
Effigies JESU, pro nobis tanta ferentis
Opprobria, & nugas, vulnera, flagra, necem:
Quas monſtrant evecta ſacras monumenta per Ædes,
Et, viſæ, lachrymas, inſinuantque faces:
Triſtibûs Officiis Eccleſia funera Sponſi
Plangens, ad lachrymas, & pia vota, vocans:
Multaque de JESU tormentîs concio dicta,
Contritos, faciunt, crimina flere reos:
Componunt mores Populi, noxaſque repellunt:
Et rigat effuſis fletibûs ora dolor.
O Deus! O tribuas, ſemper ſic noſtra foveri
Pectora! da, nullum rurſus amare ſcelus!

Eſſe

Eſſe tuî cupimus, ſtabiles, fugimuſque caduca:
Ne patiare dein, diſtrahat Orbis amor.
Labimur at fragiles; culpîs, abeunte timore,
Mergimur. An teneas corda potente manu!

Feria IV. Cinerum.

Memento, homo, quia pulvis es, & in pulverem reverteris. Ex Eccl. Cœrem. hoc die.

Epigramma.

Aurum dat Mundus, Cineremque Eccleſia præbet;
Et minùs ille favet, quàm favet iſta viris:
Diviriæ fallunt, inopes moriuntur avari;
At largitur opes hæc ſine fine Cinis.

Aliud.

Imponens Cinerem Genitis Eccleſia Mater.
Inſtantis memores funeris eſſe, monet:
Si ſapis, inſtantèr properans meditare ſepulchrum:
Mors, perpenſa, brevî crimina cuncta fugat.

Aliud.

Eductâ terrâ, Dominus formavit Adamum,
Foſſamque, ut corpus conderet, egit humi:
Undè fit, ut teneat, cùm vix homo cœperit eſſe,
In facta fovea facta ſepulchra ſimul.

Cum

Cum jejunatis, nolite fieri, ſicut hypocritæ, triſtes. Matth. 6. 16.

Eſto, jejunans, hilarì feſtivior ore;
Ni facias, rapiet præmia vanus honor.
Theſauros præmitte aſtris: ſunt Æthere tuti:
Hìc rapit excubitor condita lucra latro.

Feria V.

Domine, non ſum dignus, ut intres ſub tectum meum. Matth. 8. 8.

Infeſtans paralypſis abit: Centurio dignam,
Chriſtus ut intraret, non putat, eſſe domum:
Obtinet ille humilis quidquid depoſcit, & optat;
Eſto humilis: tribuet dona petita Deus.

Feria VI.

Diligite inimicos veſtros. Matth. 5. 44.

Supplicibus facilis, noſtros ut amemus & hoſtes,
Præcipit, expulsò vindice corde, Deus:
Æthnicus unanimes, conſtans, dilexit amicos:
Chriſticolarum index hoſtis amatus erit.

Sab-

Sabbathum.

Confidite, nolite timere, ego ſum. Marci 6. 50.

Fructibûs horriſoni pelagi pia turba laborat:
Proximus afflictis littore Chriſtus adeſt.
Quiſquis tentaris, conſtantes exere vires:
Chriſtus adeſt: famulis robora tuta parat.

DOM. I. QUADRAGESIMÆ.

Ductus eſt in deſertum, ut tentaretur à Diabolo. Matth. 4. 1.

Divitias, epulas, fauſtus, promiſsit, ut eſcâ,
Seducat Dœmon, aurô, & honore, Deum:
Si parat ille Deo inſidias: ubi tanta pericla,
In mundo, quiſnam tutus inermis homo?

Statutum eſt hominibus ſemel MORI, Hebr. 9. 27.

ELEGIA.

Perturbat mors atra homines, exterret, acerbat:
Terrenos plauſus, vel memorata, fugat.
Illa recordantum componit in Æthera mores:
Turpiter inſanit, qui memor eſſe, fugit.

Abditur hora, dies, locus. Ah fugit, effera cœcos!
Quæ mors? quæ rapiet ſors inopina dies?
Eſt cum morte ſemel luctandum: qui ſemel error
Opprimat, ah nulli mox reparandus erit!
Dùm mare, dùm terras, dùm tranſis flumina, dùmque
Lætus ades menſis, ſomnia dùmque capis:
Dùm cœlum mugit tonitru, dùm terra tremeſcit,
Dùm pluviæ exundant, dùm vaga flamma volat:
Mors latet inſidians, incautos occupat audax:
Omnibûs interſunt cœca pericla viis.
Non procul à ſanis mors eſt: rapit illa juventam:
Nulla ſalus ullò tempore tuta viget.
Quam veſtis auro carnem, rutilòque adamante,
Et cui paſcendæ, vix ſatis orbis erat:
Putris edet vermis: fies mox pulvis: abibis
Ore hominum: cineres nigra ſepulchra tegent.
Spiritus, incertum, quali reputabitur ævo?
Ætheris an cives, an ſtygis hoſpes erit?
Quære, igitur, Cœlum, terram contemne, ſagacem
Lude Erebum, vigili conſpice mente Deum.

Feria II.

Statuet oves, quidem, à dextris ſuis: hœdos, autem, à ſiniſtris. Matth. 25. 33.

Ægrotos ſolare, fove ſub carcere vinctos,
Veſte inopes operi, pabula trade pius:
Hæc ſibi facta Deus cenſet: ſecernet ab hœdis,
Cumque agnis dextrâ præmia parte dabit.

Fe-

Feria III.

Ejiciebat omnes vendentes, & ementes, in Templo. Matth. 21. 12.

Vendentes Templô, quæ ſunt altaribus apta,
Expellit rigidus verbere, & ore, Deus:
Qui facis, ut vendant animas, propriamque, ſceleſtus,
In Templis vendis; plura flagella time.

Feria IV. Quatuor Temp.

Fiunt noviſsima hominis illius pejora priorib̃us. Matth. 12. 45.

Qui ſemel imperiô ſe Dœmonis eripit, illi
Acrior obſiſtat: promptior aſtra petat:
Si domet ille iterùm, pejora noviſsima fiunt:
Quippe feris ſociis occupat ante lares.

Feria V.

Fiat tibi, ſicut vis. Matth. 15. 28.

Extera ſit quamvis, Genitæ Cananæa ſalutem
Impetrat, inſiſtens, aſtra domante, prece:
Flectitur Omnipotens precibûs, dabit omnia: ſanctæ
Cuncta preci cedunt, ſubjugat iſta Deum.

Feria VI. Quatuor Temp.

Surge, tolle grabatum tuum, & ambula; Joann. 5. 11.

Gaude, triſtis homo, quem non piſcina levavit:
Gaude, te quamvis non vehat ullus homo:
Si non purus homo valuit: Deus, ecce, valebit,
Factus Homo: cunctos Angelus iſte levat.

Sabbathum Quatuor Temp.

Transfiguratus eſt antè eos. Matth. 17. 2.

Induit eximios ſemotô in monte nitores
Chriſtus; ſuſtinuit monte patente Crucem:
Publicus opprobrijs, occultus honoribus, extat;
Ne mendax hominum pectora fallat honor.

DOM. II. QUADRAGESIMÆ.

Reſplenduit facies ejus ſicut Sol. Matth. 17. 2.

Reſplendet Chriſtus, ceu Sol: laudeſque Parentis.
Audit: tunc que me or fit necis ipſe ſuæ:
Plauſibûs in mediis mortem memoratur, ut extet
Plauſibûs in medijs mors memorata viris.

Qui-

Omnes, enim, nos manifeſtari oportet antè Tribunal Chriſti. 2. Cor. 5. 10.

ELEGIA.

Mox ubi deſeruit languentes Spiritus artus,
Diſcutiendus, adit judicis antè Thronum.
Hic Deus eſt ſummus, cui ſumma potentia rerum,
Quem nemo ſuperat, fallere nemo potest.
Eſt juſtus, Sanctuſque ſimul, Rigidusque. Potensque:
Et ſummô has dotes poſsidet ille gradu.
Tunc, vigil, exactam vitam perquirit, & actus:
Et data munifi à munera ſæpè manu:
Utque gubernaris ſenſus, mentemque, capacem
Numinis; utque datos egeris Orbe dies.
Nil latet abſtruſum. Solers, occulta requirit
Crimina; quæque reum facta aliena gravant.
Nunc ſilet Omnipotens: grandî tunc voce loquetur:
Nunc pius, & blandus, poſtea durus erit,
Plauſibûs hic nequam veſanô corde jocatur;
Queîſque lubet, damnîs deprimit innocuos:
Hâc mox plectetur trutinâ maleſuadus acerbâ:
Tunc pavor, & terror; tunc miſer angor erit.
Et terris tremebunda dies extrema minatur,
Quâ Mundi prorsùs machina vaſta ruet.
Tunc cineres, atque oſſa dabunt animata, ſepulchra:
Parebuntque homines diſpare ſorte, locô.
Deformes pravi: præſtantî corpore recti:
Dextera pars juſtos, ſertoque ſiniſtra reos.
Aëre ſubſiſtent ſancti: tellure ſceleſti:
Illi inter ſuperos: Dœmonas inter ij.

Deinde pios ſecum Regnis Cœleſtibus infert
Judex; at ſontes deijcit in Barathrum.

Feria II.

Ego, quæ placita ſunt ei, facio ſemper.
Joann. 8. 29.

Ad Patris imperium JESU reverentia fulſit:
Quidquid erat placitum, fecerat ille, Patri.
Hinc amor in JESUM Genitorem pellit, ut illa,
Quæ petimus Chriſti Nomine, dona ferat.

Feria III.

Qui ſe exaltaverit, humiliabitur; & qui ſe humiliaverit, exaltabitur. Matth. 23. 12.

Deſpice nugaces titulos, queis corda tumeſcunt:
Cœlica demiſſo pectore regna cole:
Qui minor in terris, ſublimior Arce nitebit:
E Cœlo Dominus corda ſuperba fugat.

Feria IV.

Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum?
Matt. 20. 22.

Diſcipulis Chriſtus calicem propinat acerbum,
Qui primos cupiunt Regni habitare thronos.
Per pœnas ad Regna itur Cœleſtia. Parvus,
Qui ſervit terris, Æthere celſus ovat.

Fe-

Feria V.

Ut refrigerem linguam meam, quia crucior in hac flamma. Luc. 16. 24.

Lazarus ulceribûs languet, jejunus ab eſcis;
Agglomerat dives fercula lauta gulæ:
Lazarus, exactis pœnîs, ſuper aſtra triumphat;
Divitis abſcedit gutta vel una ſiti.

Feria VI.

Hic eſt hæres; venite, occidamus eum. Matth. 21. 38.

Quos Pater emiſit, famulîs, Judæa, necatîs;
Poſtea & Hæredem, cœca furore, necat:
Vindice Patre, dein miſerè, Gens cœca, periſti;
Et quæ pulchra olim Vinea, nulla manes!

Sabbathum.

Et cupiebat implere ventrem de ſiliquis, quas porci manducabant. Luc. 15. 16.

A Patre diſcedens, longinquas tendis in oras,
Prodige; at incurres damna nociva brevi:
Ad Patrem redeas; aliàs ſorbebit Avernus,
Et miſeros vives hic ſine pace dies.

DOM. III. QUADRAGESIMÆ.

Erat Jesus eijciens Dæmonium. Luc. 11. 14.

Dæmonium mutum lacerato Christus abegit
Corpore, pellendi commonuitque modum
Qui velit, insidias eludere Dæmonis, oret,
Jejunet; victus sic inimicus abit.

Ibunt hi in supplicium æternum. Matth. 25. 46.

ELEGIA.

Judiciô exactô, pœnis decretus, iniquus
Cogitur, æternos protinus ire lacus.
Hic videt horribiles, formâ variante, figuras:
Hic, nisi quæ possint lædere, nulla patent.
Nil, nisi terrificos ululatus, percipit auris:
Nilque cibat gustum, præter amaritiem.
Fœtenti semper nares torquentur odore:
Tormenta, & pœnas undique tactus habet.
Præque, tamen, reliquis, ignis, perque ossa, per artus,
Per fibras, cruciat, decoquit, urget, edit.
Quòd mentemi, verò; mentis quòd & attinet actus,
Nil quod delectet, quidquid acerbat, habet.
Acribûs hic odiis agitant crudelia bella:
Totque hostes inter, nullus amicus adest.
Hic furor, hic rabies, pavor hic, hic angor & æstus,
Perpetuusque horror, continuusque dolor.

Hic

Hic nulla eſt requies, metus undique, & undique clamor:
Hinc bona cuncta abeunt, hic mala cuncta premunt.
Factorem non poſſe ſuum, neque Cœlica regna,
Cernere, & hoc culpâ commeruiſſe ſuâ:
E tantis ſe poſſe olim defendere damnis,
Si foret in votis, nec voluiſſe, gemit.
Adde, quod æternos mors hæc durabit in annos:
Nec ſpes perpetuos leniet ulla rogos.
Si ſapis, Infernum exhorre, tenebraſque perennes:
Has, vivens, memora, poſtea ne capiant.
Et Chriſtum ſectare jubar, qui dixerat olim:
Qui ſequitur me, non ambulat in tenebris. Joann. 8. 12.

Feria II.

Nemo Propheta acceptus eſt in Patria ſua. Luc. 4. 24.

Dulcì nulla facit Patriâ portenta Redemptor;
Quin magis hìc odij livida damna ſubit.
Cùm plùs ardenter Patriæ quærantur honores,
Hortatur, ne nos ludat inane decus.

Feria III.

Ibi ſum in medio eorum. Matth. 18. 20.

Cum duo, treſve manent uniti in nomine Chriſti,
Chriſtus ibi, medius, recreat, ornat, alit.
Unanimes ſermone ſacrô perquirite Chriſtum,
Terrigenæ: ille animas pace beante fovet.

Fe-

Feria IV.

Populus hic labiis me honorat : cor , autem; eorum longè eſt à me. Matth. 15. 8.

Si cupias laudare Deum , data perfice juſſa;
Namque opus exhibitum regula amoris erit:
Sis , licèt , in laudes multus , non æſtimat Auctor,
Si cui das laudum munera , facta negas.

Feria V.

Imperavit febri, & dimiſsit illam. Luc. 4. 39.

Vexabat ſocrum febris violenta Simonis;
At Chriſti imperiò febris anhela fugit.
Qui magis ardeſcis vitiorum febribûs , iſtum
Medicum : febres illicò voce fugat.

Feria VI.

Venite , & videte hominem. Joann. 4. 29.

Carnalis Mulier diſcedit , Apoſtola facta;
Civibus & caſtò prædicat ore Deum:
Diſcite , quanta Dei ſint inſita robora verbis:
Improba quæ venit , ſancta repentè redit:

Sab-

Sabbathum.

Nec ego te condemnabo. Joann. 8. 11.

Voce Redemptoris ſervatur adultera : quamvis
Sit rea, non, lapidum turbine cœſa, cadit.
Poſtpoſuit Chriſtus pietati jura : malignos
Arguit : in miſeros nos docet eſſe pios.

DOMINICA IV. QUADRAGESIMÆ.

Colligite, quæ ſuperaverunt. Joann. 6. 12.

Millia quinque hominum bino cum piſce Creator,
Panibûs & ſolùm quinque, refecit agrô:
Aſt quid mirandum, ſi pau ula grana quotannis
Tot paſcunt Gentes, multiplicante Deo?

Quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparavit Deus ijs, qui diligunt illum. 1. Cor. 2. 9.

ELEGIA.

O vos feli es, quos Gloria recreat aſtris,
Et, pro ul a terris, vita beata tenet!
Cernitis hic Numen, cum Numine cuncta creata:
Quidquid habet tellus, quidquid in Arce viget.

Hi

Hic Chriſtus, Chriſtique Parens, ſuperumque phalanges,
Sanctorumque hominum, ſplendida turba micat.
Cœleſtes habitare choros, regnare per ævum,
Mille parit plauſus, gaudia mille trahit.
Hinc metus omnis abeſt, pœna hic haud noſcitur ulla;
Indè ſitis longè eſt, exulat indè fames.
Et calor, & frigus, morbique, & triſtis egeſtas,
Curarumque lues indè moleſta fugit.
Invidia abſcedit, crudelia bella recedunt:
Concordes animos pax ibi ſumma fovet.
Mantueſcunt omnes, Domini regit una voluntas;
Nullus ibi quidpiam diſpare corde cupit.
Factori cantare decus, decus omne putatur:
Sydereis ſemper vox ſonat una plagis.
Vox ſonat una Deum; variò, tamen, illa reſultat
Carmine: carminibûs te quoque, Virgo, canunt.
O quàm jucundum, fratres, habitare ſuperna
Regna, quibûs perſtant ut bona, nulla mala!
Concives tot habere bonos, & cernere Chriſtum;
Et quæ pro nobis vulnera paſſus erat!
Atque frui aſpectu, mortemque rependere gratos.
Qua nobis emit præmia tanta pius!

Feria II.

Ipſe, autem, Jeſus non credebat ſemetipſum eis. Joann. 2. 24.

Iſacides credunt ſignis; non credidit illis
Se Chriſtus, quorum pectora cruda videt.
Contemnit proprios, quoniam contemnitur illis;
At factum nobis ſe dedit ipſe Cibum.

Fe-

Feria III.

Juſtum judicium judicate. Joann. 7. 24.

De Chriſto oppoſitos inducit opinio ſenſus;
Creditus eſt juſtus, creditus eſtque reus:
Si ſic cenſetur radix bonitatis in Orbe,
Quis poſthàc pretiò ducat inane decus?

Feria IV.

Lavit, & venit, videns. Joann. 9. 7.

Expuit in terram Chriſtus, cœcoque repentè
Mixta ſaliva luto, lumina clara dedit.
Pulveris obcœcant mortalia pectora fraudes;
At, benè perpenſò pulvere, lumen adeſt.

Feria V.

Adoleſcens, tibi dico: Surge. Luc. 7. 14.

Portatur juvenis, ſublatus morte, ſepulchro;
Unicus is, matri dulce levamen erat:
Mœſta gemit, gemituſque omnes qui ſanat, JESUS
Defunctum feretrò, voce potente, levat.

Feria VI.

Lazare, veni foras. Joann. 11. 43.

Lazarus è tumulo, manibûs, pedibûſque, ligatîs,
Prodijt ad vitam, voce juvente Dei:
Qui vitîs langues, Chriſti da vocibus aurem;
Si fugis, heu, penitus tunc quoque vita fugit!

Sabbathum.

Ego ſum lux Mundi. Joann. 8. 12.

Venit in obſcurum, lux fulgida, Chriſtus in Orbem;
Cœcaque caligo, lumine victa, ruit:
Qui Chriſtum temnit, tenebroſus tendit in Orcum;
Qui Chriſtum ſequitur, lucidus aſtra petit.

DOM. DE PASSIONE.

Qui ex Deo eſt, verba Dei audit. Joann. 8. 47.

Quiſquis Caſtra Dei ſequitur, pia verba libenter
Audit: qui renuit, Tartara cœcus amat:
Audi verba Dei, qui vis conſcendere Cœlum:
Tendit ad Infernum, qui ſacra verba fugit.

Verò

Verè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portavit. Iſaiæ 53. 4.

ELEGIA.

Quiſquis es, & Chriſti lætaris nomine, Chriſti
Pende frequens mortem, vulnera, flagra, crucem.
Quidquid habet feritas, Chriſto tormenta paravit:
Læditur opprobriis, ſcommata dira ſubit.
Abijcitur, Populuſque horret, cognoſcere Regem:
Poſtponunt furi; luditur, ut fatuus.
Spina caput lacerat, crudeli verbere languet:
Compellunt gravidam tergore ferre crucem.
Tenditur in ligno, clavis terebrantibus artus
Tranſadigunt; moritur, preſſus agone diù.
Proh homines, memorate Deum, qui talia paſſus,
Attrahit, & vincit, pectora cuncta ſibi!
Hunc genus omne hominum crudeli cæde peremit:
Fas eſt, ut recolat hunc genus omne hominum.
Dii ite mortales, tandem, non temnere pœnas:
Has Deus excoluit, duxit honore crucem.
Eſt via per pœnas, ſuperas quæ tollit in ædes:
Hìc paſſos, ævo celſa corona vehit.
Cum Duce præclaro regnare per Æthera ſemper,
Dulce eſt: ad pœnas hoc pia corda vocat.
Inter adeſt famulos Dux ipſe, retundit & hoſtes:
Nemo domat, cui tu, Chriſte benigne, faves.
Ah nihil officiunt hominum ludibria! quem tu,
Chriſte, vehis, ſolus dignus honoris erit.
Quem tu contemnis, nihil eſt, ſpernetur in ævum;
Nam, celer ut fumus, gloria vana fugit.

Tolle

Tolle crucem, quicumque ſapis: vigil exere vires;
Sic olim fauſto cum Duce fauſtus eris.

Feria II.

Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat. Joann. 7. 37.

Quiſquis jactaris turbatô in vortice Mundi,
Quem deſideriîs urget anhela ſitis:
Chriſtum quære avidus, prorſus ſitis omnis abibit;
Hic Fons divinûs pectora innundat aquis.

Feria III.

Me, autem, odit. Joann. 7. 7.

Inſanîs odiîs Mundus diſcerpit JESUM,
Quòd Mundi JESUS increpet acta frequens:
Hinc, quiſquis Mundi mores reprendit iniquos,
Expedit, ut Mundi jurgia ſæpe ferat.

Feria IV.

Oves meæ vocem meam audiunt. Joann. 10. 27.

Paſtoris vocem Chriſti qui negligat, amens,
Offertur rabidis certa rapina lupis:
JESU verba audi, ſi vis procul eſſe periclîs;
Ille ſuas vigilî pectore ſervat oves.

Fe-

Feria V.

Capillis capitis sui tergebat. Luc. 7. 38.

Implicuit flavis mortalia corda capillis
Magdala; nunc iisdem colligat illa Deum.
Se jacit ad plantas Domini, quo pergere discat
Æthera, quæ Barathro flexerat antè pedes.

Feria VI.

SEPTEM DOLORES B. V. MARIÆ.

Stabat, autem, juxta Crucem Jesu Mater ejus; Joann. 19.25.

Hymnus.

Te dolentem, Virgo Mater,
Morte adeptum Filium,
Condolemus: jure pœna
Nostra scindit pectora;
Et Dolores cogitantes
Pœnè mœror opprimit.
Qui dolor? quæ pœna torsit
Cùm videbas in Cruce,
Hinc cruore profluentem,
Hinc agone lugubrem;
Et, furore virulentò
Plebis acris, flaccidum?
Non honor, favorque nullus,
Temperat tragœdiam;
Sed sitim cum felle mulcet
Hostis, acer pectore;

Et probrîs clamor protervus
Lenit aures inclytas.
Nec valebas, Virgo mitis,
Sæva damna avertere;
Nec madentem queit cruore
Dextra vultum tergere;
Stas Crucem juxta ſeveram,
Firma, pœnas hauriens.
Enſis urget, Simeonis
Quem dabant oracula;
Cœdit ictibûs cruentis,
Dividens præcordia:
Lachrymîſque deinde fusîs
Irrigabat pectora.
Chriſtus almæ ſæpe Matri
Mœſta flectit lumina:
Mater illum blanda cernit;
Inque luctus vertitur.
O videntûm pœna grandis,
Morte quavîs ſævior!
O viri, penſate luctus,
Culpa quos induxerat;
Et Parentem tam benignam
Allevate mitiûs:
Sit levamen dulce, ſanctîs
Vita fulgens moribûs.

Epigramma.

Heu, quam, Virgo, doles gladij ſeptemplicis ictu,
Dùm, quidquid JESUS corpore, mente ſubis!
Ergo, meæ transfer menti tua vulnera: tecum,
Pertim ut ſaneris, ſaucius eſſe, volo.

Expe-

Expedit vobis, ut unus moriatur homo. Joann. 15. 50.

Concilium fecere homines, rabieque furentes,
Infamî, ſtatuunt, tollere morte Deum.
Quiſquis es, invidiam penitus depelle. Videto,
Quàm facit inſanos, dùm flagrat illa, viros.

Sabbathum.

Cogitaverunt, autem, Principes Sacerdotum, ut & Lazarum interficerent. Joann. 12. 10.

Quôd Chriſti laudes, redivivus Lazarus auris,
Publicet, aſsignant invida corda necî:
Qui potuit revocare, tamen, languore peremptum,
Occiſum potis eſt & revocare nece.

HEBDOMADA MAIOR.

DOMINICA PALMARUM.

Hoſanna Filio David. Matth. 21. 9.

Intranti Solymas Chriſto puerilis hoſanna
Turba canit, plauſus Urbs quoque tota movet:
Heu levis, inconſtans hominum ſententia! Nuper
Cui palmam, ſtatuit pòſt, furibunda, Crucem!

Gratias agentes ſemper pro omnibus, in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, Deo, & Patri. Epheſ. 5. 20.

ELEGIA.

Ah memorare frequens Domini benefacta, redemptes;
Si Cœli, fauſtè, ſcandere Regna cupis!
Qui pius, & toties benefecit, Conditor Orbis,
Non ſit longè animò, non ſit ab ore procul.
Enarrant Domini præſtantes ſydera laudes:
Dotibûs exſuperas ſydera cuncta tuîs.
Plùs lauda: creſcunt conceſsîs debita donîs:
Supremi fulges factus imago Dei.
Spiritibus dedit ille parem mentemque, animumque;
Abſtulit & Generis Fonte nitente probrum.
Pro te deſcendit ſoboles æquæva Parentis:
Et tulit indignas, carne gravante, vices.
Ille ſitî, longâque fame, vexatur, ut agnos
Quærat, & inventis paſcua ſana paret.
Seque Cibum, Potumque, ſacris proponit in Aris;
Roboret ut tenues Menſa beata viros.
Verbera dilaniant, ſpinîs laceratur acutîs:
Barbaricis crebrò luditur ille jocîs.
Deinde crucifixo (ne tu damneris in ævum)
Triſtia cauſavit tædia mortis agon.
Te ſibi mox reperit, poſt talia facta, rebellem.
Et pius, indulgens, crimina ſæpè tulit.
Suſtinet ingratum, ſævo neque tradidit Orco:
Usque locet Cœlo, provocat ad lachrymas.

Ah

Ah Deus! Ah ſtrictîs religas pia corda catenîs!
Vincis nos donis, muneribuſque tuîs!
Eſto procul, maleſuadus amor, procul eſto prophani:
Noſtra Deus ràpuit pectora, vota, animos.

Feria II.

Sinite illam. Joann. 12. 7.

Magdala læta ferens loculum ſpumantis amomi
Perfringit, Chriſti perlinit atque caput:
Ægrè impenſa ferunt Socij; ſed Chriſtus honorat;
Quippe ſua unguenti fragrat odore Domus.

PASSIO DOMIMI NOSTRI JESU-CHRISTI.

Feria III.

Diſcedit Chriſtus à B.V. Matre, mortem paſſurus.

Jam Chriſtus, mortis calicem bibiturus, & æſtus,
Matri, diſcedens, ultima verba dabat.
Virgo gemit, Chriſtuſque dolet, lachrymatur uterque;
Quemque amor adduxit, fecit abire dolor.

Orat, & ſudat in Horto.

Angitur en Chriſtus, quia riſit Adamus in Hortô,
Ut, velut iſte fuit mors, foret ille ſalus:

Sudat, & auxilium Patris depoſcit, & omnes
A Patre in pœnis poſcere, ſuadet, opem.

Negat Petrus Dominum.

Ad vocem ancillæ pavitans, juratque, negatque,
Ingratò Petrus pectore, noſſe Deum.
O nimis inconſtans hominum, præcepſque, voluntas!
Qui magis, audendò, ſervuit, ecce negat.

Comprehenditur Chriſtus in Horto.

Accedit furioſa cohors, atque oſcula Judas
Dat Chriſto, cordis voce tegente dolos:
Ad juſſum Domini cecidit turba horrida, ſurgit;
Et mortem Jeſus, ſponte ligatus, adit.

Præſentatur judicio Annæ.

Arbiter omnituens, hominum ſtans ante Tribunal,
Quis ſit? juratus nomine Patris, ait.
Tunc alapam impingit ſervus; nec fulmina Cœlum
Evomit, ut, patiens ardua, Chriſtus ovet.

Illuditur.

Conſuit in Chriſti faciem, nugiſque jocatur,
Infamique manu ganeo quiſque ferit.
O nox, O furor! O homines, hanc pendite noctem!
Hæc faciet vitam nox, memorata, piam.

Fe-

Feria IV.

Irridetur ab Hærode.

Veſte albâ indutus, Chriſtus reputatur ut amens,
Laſcivo renuat quòd dare verba viro.
Quæritat Hærodes (Baptiſtam occiderat iſte)
Voxque deeſt Chriſti; namque Joannis erat.

Innocens cenſetur à Pilato.

Inſontem Dominum ſincerâ voce Pilatus
Vocitat; at contrà Gens maleſuada, reum.
Succumbit Judex, metuens & Cæſaris iras,
Præcipit innocuum dura ſubire flagra.

Flagellatur.

Funibûs in nodum verſis, virgîſque paratîs,
Plectendum Dominum ſæva columna ligat:
Incipiunt rabidi, geminant ſine fine flagella;
Totaque, diffuſô ſanguine, terra madet.

Spinîs coronatur.

Figitur, heu, Chriſti capiti ſpinoſa corona;
Stat lacerata humerîs purpura, canna manui
Luditur indignè, probrîs turpatur acerbîs;
Perque jocum, vacuô Regis honore vehunt.

Postponitur Barabbæ.

Stirps ingrata Deum damnat, solvitque Barabbam,
Datque crucem justo, præmia datque reo.
O trutina infelix hominum! Quis tutus in Orbe,
Mitis ubi Jesus, ut malus, abripitur?

Producitur ad Populi Conspectum:

Producit Christum Populo, clamatque Pilatus:
Ecce Homo; Plebs iterat: tollito: fige Cruci.
Ad lachrymas posset Jesus convertere saxa;
Sed Populus saxis durior ille fuit.

FERIA QUINTA

IN COENA DOMINI.

Lavat pedes Discipulorum.

Sternitur antè pedes hominum, qui condidit astra;
Quos lavat, & tergit, jure stupente Polò.
O, fumo similis, terrena superbia cedat!
Destruit hanc, humiles dùm lavat ille pedes.
Instituit SS. EUCHARISTIAM.

Hymnus.

Ablutis pedibus, Christus, ut allevet,
Quam dat mœstitiam funere, porrigit
Divinis Epulis Cœlica munera,
Miscens tristitia gaudiis.

Dis-

Disponit tetricâ Valle gementibus,
Quæ tollant lachrymas, mystica Fercula:
Quæ vires reparent, Pocula præparat,
Ut, pascens, recreet viros.
Sacri Discipulis Pabula Corporis,
Sub Panis specie, præbet, & insuper
Ut potent, calicem Sanguinis, in Meri
Occlusi specie, dedit.
Solis Officium mandat Apostolis;
Solis Presbyteris tradere, congruit,
Hanc Escam, reliquis sumere, tempora
Dùm volvant seriem vagam.
Acceptò Domino, falsus ad æmulos
Discedit Socius, vendit & improbis
JESUM; sed, nimiô crimine territus,
Suspensus laqueô, perit.
Justos vivificat, denecat impios,
Heu quàm dissimiles Mensa dat exitus!
Auget justitiam, præmia comparat,
Inque hostes validos facit.
JESU, qui lachrymas muncre mitigas,
Et Mundô remanes, dùm petis Æthera,
Da, Doni memores, cætera spernere:
Tantum Cœlica quærere.

FERIA VI. In Parasceve.

Bajulans Crucem, adit Calvarium.

Latronum mediô, tot apertô vulnere fractus,
Mactandus, gravida cum Cruce Christus adit:

Pro-

Procidit, & titubat, sine sanguine debile corpus;
Utque adeat clivum, fert Cyrineus opem.

Videt in itinere SS. Matrem.

Aspexit Matrem, Natum quoque conspicit illa,
Et duo cum lachrymis sydera clausa dolent?
Nec Genitrix loquitur, Genitus neque fatur, at unda,
Quæ fluit ex oculis, plurima verba dabat.

Configitur Cruci.

Pondere sæpe labans, tandem, venit ad juga montis
Christus, & extentâ tenditur ipse Cruce.
Tunc Regem Judæa suum configit, in altum
Evehiturque sacrâ cum Cruce nostra salus.

Moritur.

E Cruce pendebat, cruciatibûs undique pressus,
Christus, &, exclamans, ultima verba dedit.
Dein caput inclinans, animam de corpore mittit;
Obtinuitque viris, scandere posse Polum.

Natura sentit Conditoris sui occasum.

Christus ubi occubuit, radios Sol aureos Orbi
Occulit, & lumen sydera cœsta negant.
Contremuit Tellus, Velum disrumpitur, urbi
Apparent plures, quos fera mors rapuit.

Vul-

Vulneratur emortui Domini latus.

Crudelî Miles Chriſti mucrone cadaver
Perfodit; indè ſtatim ſanguis, & unda fluit.
Crimina noſtra lavat profuſus ſanguis; at unda
Nos vitâ renovans, fert ad ovile Dei.

Deponitur SS. Cadaver è Cruce.

Extinctum Corpus, compaſsi, & Numine pleni
E cruce demittunt abſque timore Viri:
Excepit Genitrix, viſu cruciatur acerbò;
Quoque magis cernit, mœret & illa magis.

Sepelitur.

Ferventes Joſeph, pariter Nicodemus, in hortum,
Ad nova Defunctum dein monumenta ferunt:
Conditur exciſsâ Corpus venerabile petrâ,
Petraque cum valido Milite cincta manet.

Ad pijſsimam, & miſericordem Domini, & Salvatoris noſtri, JESU-CHRISTI, Mortem.

Abſciſſus eſt de terra viventium: propter ſcelus Populi mei percuſsi eum. Iſaiæ 53. 8.

ELEGIA.

O Pater! O verax cunctarum regula rerum!
Cur placuit, Genitum tot ſubijſſe tuum?

Heu

Heu pœna ! heu dolor ! ò nimiùm crudelis Adamus;
Qui culpâ infligis vulnera tanta Deo!
O furor ! ò rabies ! hominumque ò cæca voluntas,
Quę cautam exitij, crimina semper amat!
O Judæa ferox ! nimis ò maledicta Propago,
Quæ proprium Regem sic furibunda necas!
Sydera fulgentes penitus sepelite nitores;
Nam, Jesu exstinctô, qui valet esse nitor?
Et radios, Sol, abde tuos : Factore peremptô,
Qui splendere dabat, quid rutilare potes?
Exhibeat mœstum tristissima Luna dolorem,
Atque obitum totô lugeat Orbe Dei.
Defleat omne Genus, volucresque, hominesque, feræque,
Æthere quidquid adest : omne quod axe subest.
JESU, nostra salus, columen, spes unica, salve:
Æternas grates solvimus, ecce, tibi.
Tu nos perpetuâ, moriens, à morte Gehennæ
Eruis, & donas Æthere posse frui.
Tu nos absolvens primævi à crimine Patris,
Ad Patris adducis brachia blanda tui.
O amor ! ò pietas ! nimis ò suavissime JESU!
O corda exuras ignibûs ipse tuis!
Ut tua Nex Orcô sobolem vecordis Adami
Liberat, Æthereis ò locet ipsa thronis.

Sabbathum Sanctum.

Ad B. V. Mariam, solam, & orphanam, & doloris gladiô transfixam in morte SS. Filij.

Posuit me desolatam: totâ die mœrore confectam. Thren. 1. 13.

ELEGIA.

O nimiùm lachrymosa Parens, sedare parumper;
Si tua sedari maxima pœna potest!
Tecum compatimur, tecum lachrymamur & omnes;
Et volumus lachrymîs corda levare piîs.
Occubuit Justus, lignô suspensus acerbô;
Quippe olim nobis ligna dedere necem.
Occubuit: præsensit humus, præsensit & Æther:
Cuncta parentarunt funera læva Dei.
Obruit, ecce, dolor tristi caligine terram;
Obruit & Cœlos, obruit atque Mare.
Mortuus est JESUS, Genitrix mœstissima; Mortem;
Ut possunt, summè cuncta creata dolent.
At vires assume parùm, leviterve quiesce:
Eia, minor fiat lachryma tanta parùm.
Succubuit morti; fastos, tamen, ille triumphos
Obtinuit moriens: mors fuit illa decus.
Mortem morte suâ vicit, penitusque subegit
Tartara. Mors ultrà nulla trophœa canet.

Nos

Nos quoque, demersos feralî morte, redemit,
Et, tandem, ad Cœlos scandere posse dedit.
Ecce, brevi, fulgens, propriâ virtute resurget;
Apparensque tibi, gaudia multa dabit.
Ergò parùm sedare, parum requiescat & angor:
Leni, qui pariter, te lachrymante, gemunt.

Finis Quadragesimæ.

RESURRECTIO D. N. JESU-CHRISTI.

Hymnus.

Abscedant lachrymæ, gaudia personent:
Exsurgens nitidus Christus ab Inferis,
Reddit nos hilares, omnia recreat,
Mundum lumine confovens.
Devicit Stygios, pandit & Æthera,
Ut possint meritis scandere plurimîs,
Orci quos furiîs morte redemerat,
Sacratâ patiens Cruce.
Custodes, nimiô lumine territi,
Surrecti referunt illico gloriam.
Numis sollicitant vincere Milites;
Sed claret Domini nitor.
Apparet, radiis fulgidus, inclytæ
Matri, passibili pectore defugat
Mœrentes lachrymas, gaudia tot ferens,
Quot nuper gemitus dedit,

Au-

Audax, nil metuens, Magdala quæritat
Jesum, ruricu æ quem specie videt;
Et, gaudens, timidis narrat Apostolis,
Surrectum Dominum suum.
Demùm, Discipulis se dedit obvium;
Apparet, simulans: castra petentibus;
Attrectans, dubius, vulnera corporis
Thomas, convaluit Fide.
JESU, qui, moriens, crimina diluis:
A culpæ, tribuas, morte resurgere.
Tu nos sydereis sedibus ingere,
Ut laudes placidi demus.

Surrexit, non est hìc. Marci 16. 6.

Epigramma.

Surrexit verè Dominus, mortemque subegit;
Terrificatque malos, lætificatque bonos:
Per pœnas, lævamque Crucem, gerit ille triumphos;
Per pœnas, etiam, Gloria danda viris.

Feria II. Infra Octavam Resurrectionis.

Cognoverunt eum. Lucæ 24. 31.

Apparet Christus, peregrinô occultus amictu;
Dum panem frangit, noscitur esse Deus:
Ipse etiam noscas Dominum, qui conditur aris,
Si sumas sacros corde nitente Cibos.

Fe-

Feria III.

Videte manus meas, & pedes. Luc. 24. 39.

Fratribus apparens Dominus, sua vulnera monstrat;
Seque, monet, pœnas tot, decuisse, pati.
Si tanta immunem sceleris subijsse, decebat:
Crimine submersum, quæ tolerare, decet?

Feria IV.

Traxit rete in terram plenum magnis piscibus. Joann. 21. 11.

Retibus injectis, quò vult, qui temperat æquor,
Piscibus in Littus retia plena trahunt.
Et stupor, & plausus, socios invadit; obedit
Qui Domino, crebros tollit in astra viros.

Feria V.

Et ego eum tollam. Joann. 20. 16.

Magdala, quam proprijs humeris portavit JESUS.
Pastor, ovem amissam, solvere gestit opus;
Nam cupit ipsa humeris Christi portare Cadaver;
Si nosset certum, quò posuêre, locum.

Fe-

Feria VI.

Vobiscum sum omnibus diebus. Matth. 28. 20.

Discipulos, sacris mundare piacula lymphis,
Per cuuctas, JESUS præcipit, ire plagas.
Se fore propitium: nec quamvis sydera scandat,
Cessandum, famulos interadesse suos.

Sabbathum in Albis.

Cucurrit, & venit ad Simonem. Joann. 20. 2.

Magdala charorum fervens fit Apostola Fratrum,
Illa resurrectum nuntiat ore Deum.
O felix Mulier! Satanæ quæ serva fuisti,
Discipulos Christi, facta magistra, doces.

DOMINICA IN ALBIS,

IN OCTAVA PASCHÆ.

Pax vobis. Joann. 20. 26.

Ingreditur clausis foribus, firmatque Redemptor
Imbelles Socios, perpete pace fovet:
Dat quoque posse reos culpis absolvere; Thomæ
Confortant dubiam vulnera tacta Fidem.

DOMNICA II. POST PASCHA.

Bonus Pastor animam suam dat pro ovibus. Joann. 10. 12.

Servat oves clemens propria cum morte Redemptor,
Raptoresque abigit, dum subit aspra, lupos:
Ille malus Pastor, qui propria commoda quærit;
At bonus, exantlans ardua, servat oves.

DOMINICA III. POST PASCHA.

Tristitia vestra vertetur in gaudium. Joann. 16. 20.

Plausibûs, atque jocîs, nequam recreantur in Orbe;
Mox, vitæ exactô tempore, luctus erit.
Hic plorant justi, pœnîs urgentur amaris;
Numquàm deficiens, Æthere plausus erit.

DOMINICA IV. POST PASCHA.

Omnia, quæcumque habet Pater, mea sunt. Joann. 16. 15.

Hæc, quibûs Æternus Genitor ditissimus extat,
Omnia sunt manibus tradita, Christe, tuis.
O Christum redamate homines! dabit omnia, largus;
Divitias famulis dividit ille suis.

DO-

DOMINICA V. POST PASCHA.

Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Joann. 16. 23.

Mortales, properate preces in Nomine Christi
Fundere; namque Patris nulla negabit amor.
Ad nomen JESU mitescunt corda Parentis:
Vi quoque tam dulcis Nominis ira cadit.

Feria II. in Rogationibus.

Petite, & dabitur vobis. Luc. 11. 9.

Congruus exemplis, suadetque, monetque, Redemptor,
Cuncta gubernantem poscere multa Patrem:
Qui cupit, ut poscas, te vult ditare, benignus;
Qui invitat miseros, esse medela cupit.

Feria IV. in Rogationibus.

Vigilia Ascensionis Domini.

Pro eis rogo, non pro Mundo. Joann. 17. 9.

Quæ petit assequitur Christus. Sis moribus ipse
Integer, ut pro te postulet ille Patrem.
Pro Mundo numquàm poscit: vigil, ergo, nocivis
Usibus esto procul, semper ut ille roget.

ASCENSIO D. N. JESU-CHRISTI.

Hymnus.

Christus ascendens super Astra, regnat
Dexterâ Patris, fruiturque palmis,
Morte quas dirâ tulerat, medendo
Crimina Mundi.
Astra cum Christo subit ampla Patrum
Turba, quæ cœcis latuit cavernis;
Scandit, & Christo recinit fidelî
Carmine grates.
Monte stant Fratres, oculisque fixis
Astra scandentem comitantur omnes;
Donec excelsus tegitur, subortâ
Nube, Magister.
Angelus binus cupidis profatur:
Hoc modò rursùs veniet, severâ,
Fine cùm Mundi, trutinâ scelestos
Pellet in Orcum.
Christe, Servator pereuntis Orbis,
Morte quos durâ retrahis Gehennâ,
Præsta, ut in Cœlis hilarî rependant
Pectore laudes.

Assumptus est in Cœlum. Marc. 16. 19.

Epigramma.

Christe, fer in Cœlos tecum, tibi dedita, corda;
Namque salus nostra es, gloria, laus, & honor.
Tecum scandit amor. Mortem tu passus acerbam,
Optimus, immemores, non sinis, esse tui.

DOMINICA INFRAOCTAVAM ASCENSIONIS DOMINI.

Reminiscamini, quia ego dixi vobis. Joann. 16. 5.

Obsequium præstare Deo Gens perfida credit,
Si Christi famulos, cœca furore, necet;
Virùm præmonuit tormenta, necesque, Redemptor:
Robora militibus prescia verba parant.

Octava Ascensionis Domini.

Ferebatur in Cœlum. Act. Apost. 1. 9.

Venerat in terras Christus, quin linqueret astra;
Et redit in Cœlos, & simul Orbe manet:
Publicus abscedit, nostris occultus in aris:
Non amor à nobis prorsus abire, sinit.

Vigilia Pentecostes.

Alium Paraclytum dabit vobis. Joann. 14. 16.

Spiritus è Cœlo, promissum munus JESU,
Adveniens, tepidos urit amore Viros:
Desiliunt latebris, in publica compita pergunt;
Et virtute Crucis pectora læva domant.

FESTUM PENTECOSTES.

Hymnus.

Exultent homines, carmina concinant,
Quæ læti retegant gaudia pectoris.
Excelsò veniens Spiritus Æthere,
Plausus lætificos ciet.
Ingentî strepitu personat; orphanis,
Et clausis, subitò fulget Apostolis:
Qui iam depositîs corde timoribús,
Extemplò validi flagrant.
Pleni Discipuli robore, vocitant
Occisi Domini Nomen, & instruunt
Judæos Solymîs, nec metuunt cruces;
Sed quærunt potiùs mori.
Ignes multiplices aëre pervolant,
Linguarum speciem, qui referunt; statim
Diversîs penitus fantur Apostoli
Linguis, & Populi stupent.

Accen-

Accendit valide corda Fidelium
Emissus vehemens Spiritus: inclytis
Hinc primus Populus moribus emicat,
Et fervor nimium viget.
Ergò, nos etiam, Sancte Paraclyte,
Divinis stimula semper amoribus:
Sic virtus meritis crescet, & Æthere
Pangemus modulos tibi.
Ardenti tepidos lumine visita,
A culpis remove, dirige perpetim,
Da semper rabidi vincere Tartari
Fraudes auxilio tuo.

Ille vos docebit omnia. Joann. 14. 26.

Epigramma.

Spiritus ignitæ veniens sub imagine linguæ,
Urit, & illustrat, frigida corda flatim:
Turba stupet, variâ Socij dùm voce loquuntur;
Crux ovat, & turbas ad juga sancta trahit.

Feria II.

Dilexerunt homines magis tenebras, quàm lucem. Joann. 3. 19.

Lux venit in terram, Cœlò demissa; sed illam
Postponunt tenebris pectora cœca suis:
O iam, terrigenæ, JESUM peramate: nitore
Hic Sol splendiferò monstrat in astra vias.

Feria III.

Ego sum ostium. Joannn. 10. 9.

Qui nisi per Christum Cœlos conscendere certat,
Errat, & in Barathri dirigit antra pedes.
Christus Porta patet salvandis omnibus: extant
Fures, qui fugiunt ostia certa Poli.

Feria IV. Quatuor Temp.

Ego sum Panis vitæ. Joan. 6. 35.

Ut charæ vegetentur oves, dat pascua Christus,
Sub signis latitans, se dat & ipse Cibum.
Utere Divinis Epulis: fert robora Panis
Hic Cœli, ut prorsus castra inimica ruant.

Feria V.

Nihil tuleritis in via. Luc. 9. 3.

Discipulos inopes, numi sine robore, Christus
In Mundum mittit, subdere corda Cruci.
Divitiis, opibusque, vigens, in sacra Minister
Regna dabit paucos; agmina ducet inops.

Feria VI. Quatuor Temporum.

Remittuntur tibi peccata tua Luc. 5. 20.

Ægrum demittunt summi per tegmina tecti,
Christus ut, adveniens, voce potente levet:
Crimina dimittit Christus; dat deinde salutem.
Inducant morbos crimina sæpe viris.

Sabbathum Quatuor Temporum.

Quia & alijs Civitatibus, oportet, me evangelizare. Luc. 4. 43.

Propensi in Christum, Christum retinere volebant;
Et rogitant, nullas pergeret indè plagas:
Abnuit hæc Christus. Charos quoque linque, Ministeri;
Dùm Christus, varijs, præcipit, esse locis.

FESTUM SS. TRINITATIS.

Hymnus.

Hanc tibi, Verbi Genitor perennis,
Conditor Cœli, Sator atque Mundi,
Pangimus laudem: metricum benignus
Accipe votum.

Te

Te simul, Proles Sapiens Parentis,
Auctor humani Generis salutis,
Pangimus læti, numerîsque junctim
Corda litamus.
Spiritus, fervens Amor Utriusque,
Ardor & sancti vehemens Amoris,
Cœlitùs mentes tepidas supernîs
Ignibûs ure.
Unus, & Trinus, Deus alme, semper
Nos tibi serva, removeque noxîs;
Præsta, ut in Cœlis sociemur almâ
Sorte Beatis.

Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Marc. 28. 19.

Se Pater inspiciens Verbum generavit ab œvo;
Perpes & amborum Spiritus exit Amor:
Est eadem Natura Tribus, parilisque potestas;
Nemo alium superat tempore, nemo thronô.

DOMINICA I. POST PENTECOSTEN.

Dimittite, & dimittimini. Luc. 6. 38.

Si tibi dimitti, libeat, tibi parce nociviis;
Esto pius, cupias, si reperire pios:
Ecce, oculis Fratrum festucas illico cernis;
Non, tamen, in proprijs aspicis ipse trabes.

FES-

FESTUM SS. CORPORIS CHRISTI.

Hymnus.

Plausibûs totus resonet canoris
Orbis, exultent homines; & olim
Planctibûs vallis, lachrymisque mœrens,
Terra hilarescat.
Ecce nobiscum, laribûsque nostris,
Christus in Panis specie latenter,
Et meri degit; placidamque reddit
Numine terram.
Proximus morti, solium Parentis
Antequàm scandat, tribuens amoris
Pignus immensi, nimis ille Donô
Nos sibi vinxit.
Accipit Panem, Calicemque sumit,
Ore divinô retulitque verba:
Deficit Panis, perit atque Vinum,
Stantque figuræ.
Panis in Corpus Domini repentè
Transit; & Vinum Cruor in medelam
Fit statim Mundi, datur atque nobis
Potus, & Esca.
Christus ignitis, lattitans, sagittis
Quærit humanas superare mentes;
Quærit & vires animæ valescant,
Dans Alimenta.

Mu-

Mensa Cœlestis miseris paratur
Incolis terræ, superent ut hostes:
Utque iam facti validi, triumphent,
Dœmone victo.
Panis istius, tremefactus Orcus,
Cedit aspectu, pavitatque Dœmon:
Hòc homo pastus, recreatur, alma
Robora sumit.
Ergo, Cœlestes Epulas frequentet,
Qui cupit, Sedes habitare Cœli:
Iste Sanctorum Cibus Angelorum
Ducit ad Astra.
Christe, qui nobis Alimenta præbes,
Præsta, ut in Cœlis tibi concinentes
Debitas grates, redamemus omni
Temporis ævo.

Caro mea, verè est cibus: & sanguis meus, verè est potus. Joann. 6. 55.

Cor moritur plerumque hominum, quod crimina quærant,
Et procul à Domino sit propè semper amor:
Ut vitam foveat, mortales Christus amores
Sanat; perpetuò vivere datque, Cibus.

DOMINICA INFRA OCTAVAM Corporis Christi, quæ est Dominica II. post Pentecosten.

Homo quidam fecit Cœnam magnam. Luc. 14. 16.

Despiciunt Cœli Cœnam, Dominumque vocantem,
Qui bona, dementes, terrea pluris habent.
Qui sensus reprimunt, Mundoque putantur inanes,
His datur Ætheris splendida Cœna thronis.

Octava SS. Corporis Christi.

Qui manducat hunc Panem, vivet in æternum. Joann. 6. 58.

Panis agit validum, quò montem scandant, Eliam;
Hic Cibus, ut scandas Æthera, robur habet:
Terrenis dapibus sublevatur vita; sed, ægra,
Mox perit: æternos dat Cibus iste dies.

SS. COR D. N. JESU-CHRISTI.

Hymnus.

Cœlis placens, Devotio
Terris triumphos aggerit,
Quâ Christus in mortalium
Iam pius quiescit pectore.

Crux

Crux alma cordis vertice
Splendet, corona spinea
Præcingit, ignes undique
Gyrò vaporat flammeò.
Sic illud almæ Fœminæ,
Virtute fulgenti diù
Apparuit: julsis prius
Quæ præfla, visum prodidit,
Servare cor debet suum,
Quisquis beari percupit:
Omnes asylò optabili
Hôc Corde gaudent improbi.
Instar columbæ territæ,
Quæ cutrit ad petræ specum:
Pernix vola, dùm Dœmonis
Te territat crudelitas.
De corde vita provenit,
De corde damna prodeunt,
Castos amores procreat,
Affectiones dirigit:
Ergo, fidelî pectore
JESU Cor omnes quæritent:
Illud salus, splendor, vigor,
Dulcedo, paxque tristium:

Epigramma.

Dulce COR, exsuperans dulcedine suavia cuncta,
Tecum mollescunt aspera cuncta viris:
Corda tibi conforma hominum; sic dulce quiescent:
Sic pax, sic requies, sic erit Orbe salus.

DO-

DOMINICÆ Reliquæ post Pentecosten.

Gaudium erit coram Angelis Dei super uno peccatore, pœnitentiam agente. Luc. 15. 10.

Gaudia festa choris Celestibus addit alastor,
Dùm noxas prorsus deterit, astra petit:
Delectare Deum, resipiscens; linque sceleſtos,
Sons, mores: tribuet gaudia vera Deus.

DIMINICA IV. Post Pentecosten.

In verbo, autem, tuo laxabo rete. Luc. 5. 5.

Voce Dei, comites, vani dùm nocte laborant,
Piscibûs actutùm retia plena trahunt;
Induces ast is animas sine Numine nullas:
Agmina perduces crebra, juvante Deô.

DOMINICA V. Post Pentecosten.

Vade priùs reconciliari fratri tuo. Matth. 5. 24.

Qui ferit opprobrijs fratrem, fatuumve vocabit,
Hunc, velut a nentem, dira Gehenna premet.
Si quos, irà ardens, socios offenderis, Ara.
Differ, & offensos pace require priùs.

DO-

DOMINICA VI. Post Pentecosten.

Manducaverunt, & saturati sunt. Marc. 8. 8.

Piscibus paucis, modico cum pane, ministrat
Ingenti turbæ larga alimenta Deus:
Obstupuerê omnes; sed plùs mirare, quotannis
Quòd ferat innumeris ubere messe cibos.

DOMINICA VII. Post Pentecosten.

A fructibus eorum cognoscetis eos. Matth. 7. 16.

Arboris haud credas foliis; sed conspice fructus:
Noscitur exiftis, quæ bona, quæve mala?
Corda latent hominum; se vafra intentio celat;
Sed tamen ex factis proditur illa suis.

DOMINICA VIII. Post Pentecosten.

Filij hujus sæculi prudentiores filijs lucis. Luc. 16. 8.

Terrenis inhiant homines, atque arte sagaces,
Omnibus inquirunt lucra caduca modis.
Quodque magis flendum, plùs hi terrena procurant,
Quàm, lûcis proles, pectora sancta Deum.

DOMINICA IX. post. Pentecosten.

Videns Civitatem, flevit super illam. Luc. 19. 41.

Hierusalem luget Christus, quòd luce sub ipsa
Cæcutit, spernens lumina missa, procax:
Ne, tu, temne Deum; tenebris ne trade futuris:
Dùm lux alma nitet, luminis ito vias.

DOMINICA X. post. Pentecosten.

Unus Pharisæus, & alter Publicanus. Luc. 18. 10.

Multa Pharisæi, sed vana, supervia jactat;
Longè stans, alter lumina figit humi:
Se prior exaltat: plorat peccata secundus;
Ille exit pejor; sed pius iste redit.

DOMINICA XI. post. Pentecosten.

Loquebatur rectè. Marc. 7. 35.

Et surdo, & muto, clemens medicatur Jesus;
Illicò rectè audit, colloquiturque benè:
Nempe, cui JESUS sensus perfecerit, ille
Audiet egregie; nec mala verba feret.

DOMINICA XII. post. Petecosten.

Samaritanus : : : curam ejus egit. Luc. 10. 34.

Præterit, haud curans pressum languore, Sacerdos:
Pharmaca mœrenti nulla Levita tulit.
Samaritanus eum curat, sanatque, benignus:
Ex tribus infirmo *Proximus* iste fuit.

DOMINICA XIII. post. Pentecosten.

Et novem ubi sunt? Luc. 17. 17.

Lepra decem, mandata, viros discerpere cessat;
Unus agit grates: cætera turma fugit.
Plurima gratificis cùm detur gratia, sacris
Qui lucris inhiet, vix reperitur homo!

DOMINICA XIV. post. Pentecosten.

Non potestis Deo servire, & mammonæ. Matth. 6. 24.

Et Cœlo, & Barathro, pariter servire nequimus;
Aut Deus, aut Dœmon, despiciendus erit.
Hic Dœmon fallit, quos decipit, urit Avernô:
Hic Deus explorat, quos probat, Arcebeat.

DO-

DOMINICA XV. post. Pentecosten.

Adolescens, tibi dico: surge. Luc. 7. 14.

Suscitat è feretro Juvenem, miseratus, Jesus;
Quę funus sequitur, pallida turba stupet:
Abripiens, etiam juvenes, mors terreat omnes;
Præcoce quippe solet scindere falce dies.

DOMINICA XVI. post. Pentecosten.

Recumbe in novissimo locô. Luc. 14. 10.

Ne primâ te sede loca: removeberis indè;
Postremumque dabunt, fortè, rubore locum.
Esto humilis: tollit Dominus super astra pusillos;
Astra contrà tumidos jactat ad ima viros.

Feria IV. Quatuor Temporum Septembris.

Ego præcipio tibi, exi ab eo. Marc. 9. 24.

Infernum Genium, quod non potuere Sodales,
Deserit afflictum, voce jubente Dei:
Ægrè culpa fugit, primis quæ cœpit ab annis:
Hanc virtus, tantùm, pellere summa potest.

Feria VI. Quatuor Temp.

Lachrymis cœpit rigare pedes ejus. Luc. 7. 38.

Opportuna Deo, non opportuna Simoni,
Fruit in mensas Magdala, flere scelus.
Fercula grata parat Simon: plus grata paravit
Magdala, quæ Domino cor dedit, & lachrymas.

Sabbathum Quatuor Temp.

Ut quid etiam terram occupat? Luc. 13. 7.

Ah negat, expectata diu Ficulnea fruges!
Ut quid, enim, glebas occupet illa dein?
Ni dignos faciat fructus, cui segnities ætas
Labitur, abscindent: surrogus alter erit.

DOMINICA XVII. post. Pentecosten.

Diliges Dominum Deum tuum : : : *& Proximum, sicut te ipsum.* Matth. 22. 37.

Est Deus Omnipotens super omnia semper amandus;
Et pius est Fratrum corde fovendus amor:
Hi duo si nobis, stabiles, firmentur amores,
Et mala cuncta aberunt: & bona cuncta aderunt.

DOMINICA XVIII. post. Pentecosten.

Tolle lectum tuum, & vade. Matth. 9. 6.

Parcendo noxas est Christo adjuncta Potestas,
Quam crebro signis denotat ille suis
Languidus a veteri paralypsi surgit; & ipsum
Bajulat ipse torum, quo prius æger erat.

DO-

DOMINICA XIX. post. Pentecosten.

Quomodo hùc intrasti, non habens vestem nuptialem? Matth. 22. 12.

Selecto Christus Populo Convivia fecit,
Mensisque ornatos, præcipit, ire viros:
Veste, tamen, quidam resides inglorius, Orco
Traditur. Hæ nitidas exigit Esca animas.

DOMINICA XX. post. Pentecosten.

Rogabat eum, ut descenderet, & sanaret. Joann. 4. 47.

Regulus implorat Christum, descendat in ædes,
Ut, præsens, ægro robora firma vehat.
Parva fides hominis! Præsentia nulla ne esse est,
Cùm Deus imperiò flectere cuncta queat.

DOMINICA XXI. post. Pentecosten.

Sic & Pater meus Cœlestis faciet vobis, si non remiseritis. Matth. 18. 35.

Parce libens socijs, si quis te læserit. Ipsi,
Si vis, dimittant debita, parce prius.
Qui pius est alijs, reperit sibi sæpe benignos:
Crudeli rarò mitia corda favent.

DOMINICA XXII. post. Pentecosten.

Reddite, ergo, quæ sunt Cæsaris Cæsari: & quæ sunt Dei Deo. Matth. 22. 21.

Qui vult, pacificus, traducere tempora vitæ,
Propria servabit jura cuique, probus.
Qui fuerint Domini, Domino persolvere curet;
Quæ fuerint, autem, Cæsaris, huic tribuat.

DOMINICA XXIII. post. Pentecosten.

Si tetigero tantùm vestimentum ejus, salva ero. Matth. 9. 21.

Dat Christi vestis, vel fimbria, tacta, salutes:
Sana fit ægra manu tacta Puella Dei.
Quî fit ut attingens hominum sacra Hostia corda,
Non levet à morbis, languida sæpe sinat?

DOMINICA XXIV. post. Pent. ultima.

Ecce prædixi vobis. Matth. 24. 25.

Igne vorante, brevi solvetur machina Mundi:
Judicis adventus fulminis instar erit.
Multos seducent multi, falsique Prophetæ
Ne noceant, Christus fert documenta priùs.

Finis proprij de Tempore.

AN-

† JHS.

ANNUS SANCTUS,

POËTICÈ CONCINATUS,

IN QUO OMNIA SANCTÆ ECCLESIÆ FESTA brevî, perspicuâ methodo, & multiginâ versuum varietate celebrantur.

PARS II.

AGIT DE FESTIS, ET SANCTIS, qui certis sunt diebus alligati.

JANUARIUS.

I.

CIRCUMCISIO D. N. JESU-CHRISTI.

Hymnus.

QUI nos à Scelerum compede liberat,
Et fusô maculas sanguine diluit,
Cultrô cæditur, atque
Perfert mancipii vicem.

Tu, qui condideras Æthera, Cœlitum
Qui Sanctus triplicî carmine diceris:
Legi subdêris! Atram
Peccantis speciem subis!
Sed miris Dominus, victus amoribûs
Ingratæ Sobolis, tectus imagine
Servi, reprimit altæ
Naturæ nitidum iubar!
O discat retrahi cœca supervia,
Quæ mentes hominum tollit inaniter!
Cœlum qui moderatur,
Servi deprimitur notâ!
Salvatoris habet munera Parvulus;
At, sicut meritis nollet honoribûs:
Suffert atque labores,
Quos secum Officium gerit:
Discat qui rutilat vertice gloriæ,
Non vanè fragilî stemmate decipi:
Angores ferat æquè,
Quos semper sociat decus.
JESU, nostra salus, & Caput inclytum,
Qui sacrô redimis sanguine servulos:
O dignas tibi grates,
Fac, nos pendere in Æthere!

Epigramma.

En: Peccatoris speciem Puer accipit almus,
Sanguine quò mundet crimina nostra suô:
Si formam Dominus peccantis suscipit: ultrà
Quis, se, non dicet, criminis esse reum?

S. ODILO, ABBAS CLUNIACENSIS.

ODILO combustas Animas, pius, eripit igne,
Aut facit, ut breviùs diluat ille scelus:
Illius exemplis, Animas Ecclesia, solers,
Adjubat; è flammis solvit, in astra levat.

II.

OCTAVA S. STEPHANI PROTO-Martyris.

Dùm patitur STEPHANUS, stans blandior ore, Redemptor
Robora de Cœli limine firma parat.
Quisquis jactaris pœnarum turbine, JESUM
Suspice: fert robur, dum videt; ille suis.

S. MACARIUS, ABBAS ALEXANDRINUS.

Ut stygias ludat technas MACARIUS, Orbem
Effugit, & crebris civibus antra replet.
Instruxit vigilans hominum longa agmina Ductor;
Lumen erat, Cœli luce monebat iter.

III.

OCTAVA S. JOANNIS APOSTOLI, & Evangelistæ.

Ad cor vivificum JESU caput, alme JOANNES,
Flectis, & indè trahis mille salutis opes:

To-

Te, velut infantem, clemens alit ubere Christus:
Indè favos hauris, extrahis indè rogos.

S. GENOVEPHA, V.

Ne videare viris, vultûs, GENOVEPHA, nitores
Obtegis, & velò forma venusta latet:
Dùm fugis humanos oculos, fis gratior astris;
Piùsque places Christo, quò magè cœca manes.

IV.

OCTAVA SS. INNOCENTIUM.

Ne PUEROS, Herode, time: qui quæritur, Infans
Spernit humum; tribuit, prodigus, astra viris:
Decipit astutos: vel se defendet inermem;
Te, cruor effusus deteget, esse feram.

S. DAFROSA, M.

Amissô gaudes, fortis DAFROSA, maritô;
Quòd Christum, moriens, testificatus erat:
Recreat exilium, secta cervice, triumphas:
Exemplum timidis fers, animosa, viris.

V.

VIGILIA EPIPHANIÆ DOMINI.

Quisquis amas, Cœli metas procurrere, Cœlum
Conspice, te Domino compita cuncta ferent:

Am-

Ambiguum non fallet iter, versutia cedet;
Hostilî medius tramite tutus eris.

S. SIMEON STELITA. C.

A terra erectus SIMEON, nixusque columnæ,
Ceu non terrestris, tempora latus agit:
Stat meritò evectus terrâ, vicinior astris,
Qui totâ in Cœlis mente perennis erat.

VI.

EPIPHANIA D. N. JESU-CHRISTI.

Hymnus.

Infantem triplicî munere Principem
Demisso celebrant pectore Principes,
Quos nec pauperies terruit aspera,
Nec turbat stabulum Fidem.
Eoîs nituit lux nova tractibûs,
JESUM splendiferô lumine prænotans:
Hunc Docti properant quærere limite,
Sydus quem radijs monet.
Accedunt Solymas, Rex ubi subdolus
De Nato, trepidus, Principe quæritat;
Irarum tumidîs fluctuat æstibûs,
Et fraudes simulat vafer.
Divinum Puerum visere quid times,
Hærodes? Furias excute. Cœlica
Qui dat sceptra viris, terrea despicit,
Nec vanum rapiet decus.

Egre-

Egressis Solymis Stella fit obvia,
Et claris iterum lucibus anteit:
Tunc & lætificûs plausibûs Advenæ
Lumen lumine quærunt.
Attingunt hilares sacra Palatia,
Quîs Rex Omnipotens composuit thronum:
Tunc Sydus radios aggerat, indicans
Auctoris solium tui.
Procumbunt, humiles, ante Deum Magi,
Infantem recolunt indubiâ Fide,
Dantes munificâ dona manu, suos
Cum doris animos dabant.
Aurum, Thusque ferunt, donaque Myrrhea,
Ut Regem celebrant, utque Hominem, & Deum:
Et linguâ triplicis muneris affabrè
Hæc mysteria publicant.
Cum donis pariter corda receperat
Infans, & reditum præmonet Angelus:
Et tuti fugiunt tramite dissitô
Harodis rabiem trucis.
Qui sacrîs iaculas pectus amoribûs,
Incomprense Deus Parvule, suscipe
Cum metris pariter corda fidelibûs:
O semper maneant tibi!

Epigramma.

Paupere dùm stabulô Puerum reverenter adorant,
Tunc Reges decoris stemmata plura novant:
Qui vult, nobilior reliquîs in honore præire,
Præ reliquîs, etiam, procidat ante Deum.

Aliud.

Virginis ad nutum Genitus bona vina creavit;
Mentarumque manet sic reparatus honor:
Felix, cui clemens aisitis Numine, Virgo;
Affluat ille bonis omnibûs, ipsa facis.

Aliud.

Qui solus Sanctus, servorum ut crimina mundet,
Sub servi specie, sacra fluenta petit:
Ecce lavatur aquis, per quem micat Æther, & Astra;
Undaque, quæ lavit, mundior amne fluit.

S. MACRA, V. M.

Urere non audet te, MACRA, voracior ignis;
Divinos timuit flamma caduca rogos:
Ubera casta secat tortor: madefacta cruore
Virgineò, sterilis iam revirescet humus.

VII.

TRANSITUS DOMINI IN ÆGYPTUM.

Hærodem fugiens, Pharià regione Redemptor
Atterit aspectu ludicra fana tuo:
Mox redit in Patriam: nec tunc successor iniquus
Nolentem potuit tollere morte Deum.

S.

S. NICETAS, EPISCOPUS C.

Moldavos lenit, pugnacia corda, NICETAS;
Ipse pius, crudos allicit esse pios:
Doctrina instituit; vitijs inducere bella,
Et Cœlos, posito crimine, adire, movet.

VIII.

S. SEVERIANUS, ABBAS

Te Stiria agnoscit, pariterque Carinthia, Patrem,
Nutristi vigilans quas, SEVERINE, Fide:
Hinc amor in Patrem Populis his inditus: illum,
Grati, pro acceptò munere, semper amant.

IX.

SS. JULIANUS, ET BASILISA, CONJUGES.

JULIANI BASILISA dat, pia sponsa marito,
Carnis & illecebras, victor, uterque domati
Virginitatis amor certamine prævalet acrî:
Conjugiô splendent norma pudicitiæ.

X.

S. GUNDISALVUS, C.

GUNDISALVE, Cruci teneros expandis ocellos,
Brachia tendis ei, dum lavat Amne Deus:

Ube-

Ubera Nutricis refugis, lachrymaris: amatam
Antè Crucem positus, gaudia rursus habes.

XI.

S. HYGINUS, PAPA, M.

HYGINUS eximiè Christi moderatur Ovile,
Quod cibat exemplîs, & cibat ore frequens:
Quamque Fidem verbô docuit, dein morte tuetur,
In qua consolidat, dùm subit aspra, Gregem.

S. PALEMON, ABBAS.

Ut, procul à turbis, dulcem meditetur Olympum,
Postpositîs PALEMON urbibus, antra colit:
Moribus, & verbis, Monachos, vigil, erudit, ornat:
Fecit Pacomios ille magisteriô.

XII.

S. SATYRUS, M.

Dùm Cruce, dùm flatu, statuam prosternis inanem,
SATYRE, discindit barbara dextra caput.
Discite, seducti, quid fictum numen in auro
Proficit? En vastat aëre vera Fides.

XIII.

OCTAVA EPIPHANIÆ DOMINI.

Diversâ rediere MAGI regione, periti
Infanti postquàm dant tria dona Deo:

Qui

Qui dolet errores, Christoque sacravit amores;
Expedit, antiquas desinat ire vias.

S. GUMESINDUS, PRESBYTER, C.

Corduva, per terras Genitùm tot onusta trophœis,
Excoluit civem te, GUMESINDE, suum:
Corde libas purò Domino libamina pura;
Quæque Polum recreat, Victima ditat humum.

XIV.

S. HILARIUS, EPISCOPUS, DOCTOR.

Hymnus.

Fax hæc nitentî lumine Galliæ
Affulsit, almis & Populis Dei:
Expertus hostes pervicaces,
Hic Arium domuit dolosum.
Castô ligatus conjugiô priùs,
Virtute fulsit, moribus & pîs:
Mox, Pastor, acer vexat hostes;
Arma libris parat, atque voce.
Dein arte fabri Præsulis exulat,
Librisque dictat, dùm Phrygiâ manet:
Hìc mortuum, mandans, sepulchrô
Surgere, splendet honore Gentis.
Exinde, jussus, pergit Isauriam;
Ac indè Romam pervenit in novam:
Hic &, libellîs publicatîs,
Principis auribus allaborat.

Hos-

Hostes, peritus, provocat; at timent
Præsentis illi robora: callidi,
Tunc Principem suadent, honoris
In Patriam specie repellat.
Gaudens, reversum Gallia suscipit,
Cogitque Regnum toxica trudere:
Tutum Fide servat tenaci,
Æthere sollicitat favores.

Epigramma.

Voce metus, HILARI, jacularis fulmina libris;
Nec te præsentem sustinet atra cohors.
Hinc Ariana lues, dùm vult corrumpere terram,
Exulat, atque fides, hoste cadente, nitet.

S. FELIX, PRESBYTER, M.

FELICEM subitis defendit aranea telis,
Hostibûs invisâ, delitet in latebra.
Ah confide Deo! nemo te lædet: inermes
Hostiles animos, dùm cupit, ille facit.

XV.

S. PAULUS, PRIMUS EREMITA.

Hymnus.

Lætâ juventâ despicit
PAULUS caduca, & urbibûs
Exul, cavernis abditur,
Ne subiugetur sæculo.

Hìc Palma amictum præparat,
Dat ipsa victum dactylis:
Fontis nitentis rivulò
Sitim repellit aridam.
Grandævus hunc visit senex,
Panemque corvus integrum
Bino peraugens Hospiti,
Ambos notat charos Deo.
Senex regressus, aspicit
Pauli volare spiritum,
Stipante cætu Cœlitum;
Corpusque humare, cursitat,
Fossam leones excavant,
Senex cadaver infodit,
Tunicamque portat mortui,
Quà vestiatur Pachate.

Epigramma.

PAULUS inaccessò latitat, semotus, in antro;
Visus ibi nulli, tempora solus agit:
Palma parat vestem, fons potum, pabula corbus;
Itque Senex, artus ut senioris humet.

S. MAURUS, ABBAS.

Calcat aquas MAURUS, Placidumque educit ab undis;
Mandatis patens Præsulis, ista facit.
Victor erit quisquis jussis obtemperet almis:
Obstans Præsulibus, nulla trophæa feret.

S.

XVI.

S. FULGENTIUS, EPISCOPUS Carthaginensis.

Hymnus.

Arma, FULGENTI, truculenta sævæ
Hæresis vincis, retegisque fraudes;
Et Fides nostra Regione tanto
Præsule fulget.
Hic opes vanas, fragilesque honores,
Et brevi, tandem, ruitura, spernit:
Ardet æternas, juvenis, coronas,
Ardet JESUM.
Hic Greges Christi reficit, regitque
Voce, & exemplo: fugat hic venenum
E pio Regno, docet & beantem
Sæpe salutem.
Hic Domûs Christi, vigilans, tuetur
Jura: non iras timuit Potentum:
Pauperes lenit stipe, dissidentes
Face serenat.
Hic juvat Fratres, Arianus error
Cedat ut luci; Gregibusque tabum,
Cautus, avertit, Fideique tuta
Pascua donat.

Epigramma.

Hesperiam docuit doctô FULGENTIUS ore,
Et flexit verbis pectora dura piis:
Fortis in Hæreticos pugnat, Gregibusque beatis,
Dùm parat exemplis robora, voce cibat.

S. MARCELUS, PAPA, M.

In stabulo MARCELLUS equos curare, jubetur,
Cui curare suum mandat Ovile Deus.
O hominum insanos ausus! Hæc corruet ætas:
Judicij fontes destruet una dies.

XVII.

S. ANTONIUS, ABBAS.

Hymnus.

Mundi, jubentâ floridâ,
Merces, dolosque, ANTONIUS
Contempsit, ignotus viris,
Latere in antris, eligit.
Ut disceret virturibûs
Vigere, perquirit senes:
Et abditis in cautibus
Virtutis invenit scholam.

Robuſtus almîs viribûs,
Forti valet certamine:
Multîs modîs hunc Demones
Domare contendunt truces.
Nummîs probant luſoriîs,
Formâ puellæ provocant,
Urgent honorum retibûs;
Sed, prævalens, vincit dolos.
Magnò futurum nomine
Hunc, Chriſtus olim protulit:
Charuſque cunctis Gentibus,
Cunctîs rogatur tractibûs.

Epigramma.

Pauperibus diſperſit opes AMTONIUS, Orci
Poſtravit rabiem, clarus in Orbe fuit;
Virtutum flores ſterili plantavit eremò,
In Mundi tenebris lampadis inſtar erat.

XVIII.

FESTUM CATHEDRÆ S. PETRI, ROMÆ.

Romuleâ PETRUS CATHEDRAM fundavit in Urbe,
Ex qua ſeiunctos paſceret Orbe Greges:
Roma caput Mundi PETRO ſe ſubdit, & hamô,
Quæ tanta evertit mœnia, capta fuit.

S. PRISCA, V. M.

Hymnus.

Tredecim solùm numerans annos,
PRISCA trophœis emicat amplis:
Negat idolis thura nefandis,
Colaphos audax tolerat duros.
Clauditur atrò carcere læta,
Patitur sævos verberis ictus:
Adipis fervor liquidi torret,
Carcere rursùs stringitur arctò.
Deinde leoni traditur: iste,
Mitior agnò, ruit ad plantas:
Triduum victus sustinet expers,
Machina pentam detinet alta.
Ungula scindit ferrea corpus:
Jacitur flammis; flamma sed illi
Blanda pepercit: non nocet ardor:
Tenebræ cedunt omnia PRISCÆ.
Ne, tamen, absit martyris uber
Laurea, strictò cæditur ense;
Atque, triumphis clara, per œvum
Solliis regnat fausta supernis.

Epigramma.

Annorum tantùm tredecim cum PRISCA fuisset,
Pro Christo patitur quidquid habet feritas:
Vincla, famem, colaphos, incendia, flagra, leones,
Carnificesque dolat: recreat ense rapi.

XIX.
DOMINICA II. POST EPIPHANIAM.

FESTUM SS. NOMINIS JESU.

Hymnus.

Dulce NOMEN, sempiternâ
Laude dignum, personet:
Vincit illud arma mundi,
Vincit artes Dœmonis,
Voce solùm qui superbos
Linquit ausus, territus.
Quisquis alta quærit astra,
Numinis qui curiam:
Nomen istud sæpe clamet,
Sæpe mente cogitet:
Et Polorum sede celsus,
Læta ducet gaudia.
Horret hostis, Orcus horret,
Nominis formidine:
Arma ponit, ponit astus,
Et domare desinit,
Quem videt JESU dicatum
Evehendo Nomini.
Qui coronas, qui triumphos,
Ardet Arce nobiles:
Corde verset, dicat ore
Nomen istud Cœlicum;
Et statim furor Tyranni
Contumacis corruet.

Culpa cedet, alma virtus
Crescet, inque sydera
Ire coget, tarditatem
Defugans diutinam:
Pervigil curabit astris
Morte fausta inducere.
Quin & affert temporalis
Mille vitę commoda:
Dat salutem, pulsat ægra
Providè contagia:
Dat virescat terra fruge,
Dira cedat ut fames.
Ergo, JESU voce semper
Quisque se se muniat: : :
Nulla casus imminentes
Damna cordi deferent:
Sorte fausta, possidebit
Regna Cœli perpetim.

Epigramma.

Salvatoris habes, JESU dulcissime, NOMEN,
Quô potis est solùm stare redempta salus:
Ergò tuum nostrô scribas in pectore Nomen:
Hôc homo protectus Nomine, salvus erit.

S. CANUTUS, DANIÆ REX, M.

Hymnus.

Prima juventâ fulgidîs
Nitet CANUTUS moribûs:
Perfectionis vertice
Fulgere Rex ardet pius.
Illustris hic victoriîs
Gentes subegit barbaras:
Christo coronam subijcit,
Arasque ditat, prodigus.
Parere sanctis Legibus,
Curat, saluber, subditos:
Simulque Sanctæ Ecclesiæ
Decimas quotannis solvere.
Hoc excitavit perfidos,
Regem benignum perdere.
Olaüs & Frater necem
Molitur, & sævus parat.
Sed mortis ille prescius,
Arîs asylum collocat:
Saxis, sagittis, lanceâ,
Percussus, astra pervolat.

Epigramma.

Proiicit ante pedes Christi diadema CANUTUS:
En, quare lauris tot tegit ille caput:
Post, imitans Christum, patitur crudelia fata;
Hostibus & veniam, blandior ore, petit.

XX.

SS. FABIANUS, ET SEBASTIANUS, MM.

Hymnus.

Te, FABIANE, pangimus,
Qui pauperes ut pascerent,
Et, Martyrum certamina
Qui scriberent, quæris vigil.
Ritus, saluber, ingerit,
Ut, sponsa Christi, Ecclesia
Cultu, decore, & ordine
Pulchrô, venusta splendeat.
Sustentat exemplô Gregem,
Verbô tuetur, & regit:
Fusô cruore roborat,
Ne corde decliner Fides.
SEBASTIANUS, inclitus
Primæ Cohortis Dux erat.
Romæ triumphos attulit;
At Roma vitam sustulit.
Ne deserant almam Fidem,
Sermone firmat debiles.
Palo ligatus, ipsemet
Sævas sagittas sustinet.
Mox, sanus, acris arguit
Dirum Tyrannum: qui flagris
Ad usque mortem verberans,
Christi trucidat militem.

§.

Epigramma.

Dirigit inſtabilî FABIANUS in æquore Navem;
Ut regat exemplô, funera ſponte ſubit:
Chriſma novare, jubet; jubet &, ſacra geſta notari:
Materiem ſcriptis ſe dedit ipſe pijs.

Epigramma.

Flagra SEBASTIADES perfert, ſævaſque ſagittas;
Facundôque Fide roborat ore viros:
Luxit in Imperio, cunctis chariſsimus, Orbis:
Ornatus jaculîs, clarior Arce nitet.

XXI.

S. AGNES, V. M.

Hymnus.

Tortor te timuit, timet lupanar,
AGNES, te ſubitò, timent maligni:
Splendens Angelus enecat ſceleſtum,
Ne ſponſam temeret Dei decoram.
Chriſto dedita, deſpicit fugacem
Hæc Orbem, juvenis: fugit caduci
Laudem nominis: æde clauſa, quærit,
Qui ſolùm recreat, beatque plenè.

Non

Non huic blanditiis proci jocantur.
Gemmarum nitor haud capit puellam:
Cœli cogitat alma Regna, perpes:
JESUM continuò vocat precatu.
Castô corde Fidem colit, tuetur:
Hanc ut respuat, acer urget hostis:
AGNES, conspicuis nitens triumphis,
Sævos, plena Deò, domat Tyrannos.
Nil quæ flamma nocet, nocet ministris;
At guttur gladius secat pudicum:
Mœstis Patribus Arce claret; Agnum
Ostendens typicum, statim serenat.

Epigramma.

AGNES, Urbis honor, resplendet, clara trophœis,
Gloria Christiadùm, laus quoque magna Poli:
Hæc, tenera, ad flammas properat lætissima; Tortor
Cædere plùsque timet, quàm timet illa mori.

XXII.

S. VINCENTIUS, M. LEVITA.

Hymnus.

Est tibi fando sermo disertus,
Dive, triumphos aggerit ori
Vis data, fecit celebrem grandî
Odiô Præses furias volvens.

Ra-

Rabiem ridet, victor, acerbam:
Metuit nullas, strenuus, iras:
Provocat, audax, ore Tyrannum,
Hicque minaci corde tumescit.
Verbere plectit, corpus adurit
Ignea crates, lamina costas,
Unguibûs artus laniat fertum,
Testaque nudi renovat plagas.
Carcere splendens emicat ignis:
Recreat vinctos: vigiles testes
Referunt lumen, Præsesque ferox,
Foveatque fessum cultitra, mandat.
Moritur lectô sed tamen ille:
Unda cadaver littore condit;
Atque tuendô corvus ab hoste,
Retegit, dignas Martyre, palmas.

Epigramma.

Ignea nec crates, nec mollis culcitra, flectit,
VINCENTI, sorbes aspera cuncta vorax.
Te coluit pelagus: corvus te protegit alis,
Et rostrô prohibet mortua membra lupo.

S. ANASTASIUS, M.

Visit ANASTASIUS Solymas; Monacusque, cruenta
Occisi Domini vulnera sæpe colit:
Indè sibi, didicit, tolerandum. Verba passus,
Cum Socijs pariter, perdidit ense caput.

XXIII.

S. ILDEPHONSUS, EPISCOPUS. C.

Hymnus.

Pij Magiſtri te docent,
ALPHONSE, quem Virgo Parens,
Ut diruas Helvidium,
Hoſtem protervum, deligit.
Tuetur ALPHONSUS libris,
Et ore doctô, Virginem:
Et punitatis gloria
Huic protegenda traditur.
Rependit & Virgo vicem:
Servum, benigna, ſtrenuum
Ornat, decorat, induit,
Nitente veſte Cœlicâ
Hunc & MARIÆ ſervula,
Conſpecta, tollit laudibûs;
Quôd puritatem Virginis
Sic acriter defenderit.
Velamen enſe Regiô
Viſæ recidit ſervulæ:
Hodieque binô munere
Dives viget Sacrarium.

Epi-

Epigramma.

Virginis ALPHONSUS, multus, celebravit h.
Atque, etiam, Virgo præmia multa dedit:
Ah quicumque piæ laudat portenta MARIÆ,
Et Terrâ, & Cœlo, divite sorte viget!

S. RAYMUNDUS PEñAFORT, C.

Hymnus.

Primîs ab annîs moribûs
Hic emicat Cœlestibûs:
Amore Christi, & Virginis,
Succensus, horret sæculum.

Doctoris ornat laurea,
Spl ndore doctrinæ micat:
Decreta Summorum Patrum
Simul, peritus, colligit.

Hic Pœnitentum pectora
Monitîs salutis fer Deo:
Virtute firmat, abstrahit
A Mundi amore noxiô.

Suadet Nolasco, liberet,
Quos vincla nectunt barbara:
Pioque formet muneri
Accommodatam Regulam.

Stratô per undas pallîô,
Æquor profundum transmeat:
Intratque, clausîs januis,
Domum, remotè conditam.

Epto

Epigramma.

Vincla RAYMUNDUS Nolascum rumpere, suadet,
Queis Plebs fida, gravi carcere clausa, gemit:
Contemnit mortale decus, veniamque celestis
Voce trahit, tumidas æquore calcat aquas.

SS. CLEMENS, EPISCOPUS ANCIRANUS, & Agatangelus, MM.

In vos carnificum totas furor aggerit iras:
Vestra fit à pœnis plùs animosa Fides.
Vincere martyriô, multos cruciante per annos,
Censent; at crevit tempore corde vigor.

S. JOANNES ELEEMOSYNARIUS, Episcopus Alexandrinus.

Tecum decertat Dominus: cùm plura, JOANNES,
Pauperibus tribuis, dat quoque plura Deus:
Perque manus inopum thesauros mittis in astra,
Tota quibùs, regnans, sæcula dives eris.

S. EMERENTIANA, V. M.

Hymnus.

Præclara collactanea
Agnetis, ista, Viginis,
Parî vigore strenua
Se gessit acrî prælio.

Ido-

Idola ridet lignea,
Vanîs abhorret ritibûs:
Hostes furentes increpat,
Quòd Christo honorem detrahant.
His concitata, Plebs furit,
Rabieque sævit pertinax:
Christi pudicam Virginem
Saxîs retundunt asperîs.
Juxtà sepulchrum sustinet
Agnetis immanes petras.
Fortis cadaver Martyris,
Ut vinceret, vires dabat.
Nondùm lavacrô gratiæ
Mundata Virgo fuerat:
At lota fusô sanguine
It grata Cœlos victima.

Epigramma.

Agnetis, præclara comes, perquire sepulchrum;
Martyrio vires & dabit illa pares:
Saxa parant dignum tumulum, dignamque coronam;
Hæc tibi, præ gemmis, aspera saxa micant.

XXIV.
B. V. MARIA DE PACE. TOLETI.

Eripitur Templum Mauris: exanduit irâ
Rex: Regina timet, Plebs quoque fida, neces:
Occurrunt, cinere aspersi: Gens Maurica cedit:
Virgo, vocata, fugas prælia, PACE foves.

DESCENSIO B. MARIÆ V. IN TEMPLUM Toletanum.

Hymnus.

Cantare nocturnas preces,
Alphonsus it, plenus Deo:
Et Virginis pijssimæ
Favore gaudet inclytò.
Septus petit Sodalibûs;
At luce Templum fulgurans
Reliquos timore concutit,
Proculque abire compulit.
At Præsul, almîs viribûs
Robustus, intrat limina.
Templumque cernit, igneo
Præstare soli lumine.
Dein Virginem charissimam,
Fantem benignè, conspicit,
Gestare vestem Cœlicam,
Quâ Dona sacret mystica.
Hoc sanctitatis præmium,
Zeloque merces congrua:
Quò Puritatem Virginis
Tam diligens custodijt.

Epigramma.

Virgineos, Alphonse, vehis doctô ore triumphos:
Pulchrior utque vehas, veste nitente tegit:

Fer-

Fervidus antè Deo libabas munera Mysta:
Quæ flammas addat pectore, Vestis erit.

S. TIMOTHEUS, EPISCOPUS, M.

Hymnus.

Motus TIMOTHEI nomine,
Famâque, Paulus sobrium
Sibi sodalem deligit,
Ut lucem Mundum repleat.
Hunc instruens epistolis,
Patribus fert omnibus
Normam regendis plebibus;
Virtute & ipsi fulgeant.
Vanis Dianæ cultibus
Vacare cibes, viderat:
Fidique zelô percitus,
Ritus sceleſtos arguit.
At commonentem Dogmata,
Quæ sanitas Cœli docent,
Populus, furore turbidus,
Saxîs cruentîs percutit.
Tunc Christiani, mortuum
Jam penè, mites distrahunt:
Ductusque montem proximum,
Vitæ peregit circulum.

Epigramma.

TIMOTHEUS vidit, ritus sibi ferre Dianam.
Et nequijt reprimi, quæ calet, ira viro:

Increpat insanos animos, & futile numen;
Ardua, mox saxis obrutus, astra subit.

XXV.

CONVERSIO S. PAULI APOST.

Hymnus.

Quid, Saule, tantum desipis?
Quid proficit tantus rigor?
Quem, sævus, impugnas modò;
Ardens, amabis posteà.
Ergo, minax, epistolis,
Plaudente confessu Senum,
It, crudus, omnes perdere,
Qui, scilicet, JESUM colant.
At nube JESUS proloquens,
Charos clientes protegit:
Hostemque dirum deprimit,
Oculosque privat lumine.
Repentè Saulus cogitur,
JESUM vereri Principem:
JESU docetur dogmata:
JESUMque passim prædicat.
Christi potestas noscitur,
Illuminat cœcum Fides:
PAULUS Magister Gentium
Signatur, & Præco Crucis.

Epigramma.

Christicolas Saulus totô depellere Mundô,
Nititur; hâc causâ non erat ulla quies.
At, missa è Cœlo, subito vox strenua fecit,
Ut modò sit PAULUS, Saulus ut antè fuit.

XXVI.

S. POLYCARPUS, EPISCOPUS, M.

Hymnus.

Grandævus hâc splendet die,
Qui, charitate fervidus,
Ignes caducos devorans,
Fulsit triumphô nobili.
Chari Joannis assecla,
Ignes Magistri perbibit:
Exinde flagrantis rogi
Sorbere flammas appetit.
Cùm causa Romam Paschatis
Duxisset, illi Marcion,
Seductor, extat obvius,
Vocatque prolem Dœmonis.
Smyrnę, seneneſcens, prenditur,
Quam Præsul instruxit vigil.
Amore vincit milites,
Quos tedet, illum cædere.

Lætus, teathrô publicô
Rogo voraci traditur:
Pro Christi amore fortiter,
Flammîs crematus, occidit.

Epigramma.

Ducitur ad flammas POLYCARPUS, & fortis amore
JESU, nec gladios, nec timet, ille rogos:
Marcio, qui Stygii fraudes imitatur, & æstus,
Dœmonis ut proles, Prælulis ore sonat.

S. PAULA, VIDUA, ROMANA.

PAULA, Senatorum clarâ de stirpe creata,
Deserit illustrem, Numine plena, Domum:
EUSTOCHIÔ Sociâ, petit Incunabula JESU:
Hic ubi natus erât, obtinet illa mori.

XXVII.

S. JOANNES CHRYSOSTOMUS, Episcopus, D.

Hymnus.

Aurêo Mundum pretiosus ore
Erudit, pascit, recreat, JOANNES:
Ille delusos retrahens Gehennâ,
Mittit in Astra.

Nil

Nil movet Matris lachrymæ precantis:
Cedit arreptô estudiô forensi:
Urbibûs longè, meditans beata
Regna, latescit.
Presbyter factus, scelerata corda
Voce perterret, tuba mira Christi;
Improbi mores variant, salutis
Limite pergunt.
Præsul evectus, cibat, & tuetur
Sedulus Plebem sibi destinatam:
Nobiles frœnat nocuos: Potentum
Sustinet iras.
Strenuus ludos vetat insolentes,
Durus Augustæ; profugus, molestas
Haurit ærumnas: moriturque, pressus
Mole laborum.

Epigramma.

Qui dedit auratô voces, CHRYSOSTOMUS, ore;
Fulgura: & totô prædocet orbe viros:
Volvite, mortales, quæ dat documenta, patebunt
Ad Cœlos aditus: Orcus inermis erit.

XXVIII.

S. JULIANUS, EPISCOPUS CONCHENSIS.

Hymnus.

Ore formosô, roseâque formâ,
Recreas, natus, JULIANE, cives:
Præsulis munus baculô, mitrâque,
Angelus offert.

Deditus, major, ſtudiis, ſalutem
Tradis Hiſpanis populis: ſceleſtos,
Præco, conturbas: pictate juſtos
Provehis, auges.
Paſtor evectus, Gregibus fidelis,
Et Deo, mores vigilanter ornas:
Pauperes lenis, viduas, & ægros,
Perpete nitu.
Redditus omnes tribuens egenis,
Te cibas, veſtis, manuum labore:
Triticum portas, precibûs, famemque
Vincis acerbam.
Peſte ſquallentes relevas precatu,
Pax es, & promptum miſeris levamen:
Et bonâ, tandem, moriens ſenectâ,
Arce triumphas.

Epigramma.

Cœlitùs annonâ vectâ, JULIANUS egenos
Paſcit, ſe manibûs paſcit & ipſe ſuis:
Quiſque ſuis diſcat manibûs ſe paſcere, paſcat
Et miſeros: auget paſſus egenus opes.

S. AGNES, V. M. SECUNDO.

AGNETIS tumulò flebant mœrore Parentes:
Lux erat; hâc ſanctâ, nox nigrat atra domum.
Virgineis ſociata choris, venit, æmula Solis;
Fertque ſtatim nitidò triſtibus ore diem.

S. JACOBUS, EREMITA.

Crimine vilescis, nuper venerande JACOBE,
In mala cuncta ruis, qui bona cuncta dabas:
Effugite, ò homines, properante pericula gressu:
Heu quot, vel Sanctis, damna pericla trahunt!

XXIX.

S. FRANCISCUS SALESIUS, EPISCOPUS.

Hymnus.

FRANCISCE, dulcis gratia
Ex ore defluxit tuo:
Fluit libellis nunc quoque
Dulcedo, melle suavior.
Salvationis ingruit
Te cura, felle amarior:
Virgo serenat nubila,
Et pace mulcet melleâ.
Horres honores futiles,
Titulosque vanos negligis:
Servire dat soli Deo
Pacem, decorem, gaudium.
Nummis egenos adiuvas,
Sermone vincis Hæreses,
Tradi que Christo Virgines
Quas ipse, prudens, dirigis.

Per-

Perfectionis culmina
Cunctos adire, pellicis:
Moves amorem Numinis,
Quô tu perustus, interis.

Epigramma.

Egregius recreat Præsul SALESIUS Orbem:
Dulcescit pietas, cùm docet ore piô:
Hunc, quicumque cupit, Christum vehementer amare,
Perlegat: ardebit pectore dius amor.

XXX.

S. MARTINA, V. M.

Hymnus.

MARTINA fulgens gloria Martyrum,
Inter pudicas gloria Virgines,
Opes opimas dans egenis,
Vana finit, cupiens superna.
Christum quòd ardens percolat, unguis,
Flagrisque, testæ fragmine, cæditur:
Mox ense membratim cruentô
Icta, feris trahitur vorandа.
Non audet acris bestia lædere;
Quin, blanda mulcens, considet ad pedes:
Victique tortores, Fidem mox
Suscipiunt, patiuntur enses.

Tunc

Tunc Virgo iussu rauca tonitrua
Infert, tremescit motibus & solum:
Et fana labuntur fœlesta,
Fracta ruunt simulacra vana.
Cantare laudes, cum superis simul
Sublimis æthrâ, cernitur, at caput
Ensis secat: lac cum cruore
Vulneribus refluit decoris.

Epigramma.

Inclyta conspicuis rutilat MARTINA triumphis,
Dùm renuitque virum, dùm sequiturque Deum:
Flamma, leo, parcunt: cerebrum ferus amputat ensis:
Terra tremit, terrent fulmina, fana ruunt.

XXXI.

S. PETRUS NOLASCUS, C. FUNDATOR.

Hymnus.

Apes tenellâ dexterâ,
NOLASCE, nectar extruunt:
Notantque, quanta gaudia
Manus Redemptis conferet.
Ut eluat, quas Hæresis
Casses, dolosa, contegit:
Hispaniæ se tractibus
Ad sacra cingit prælia.

Hic

Epigramma.

Ignitis ille venit, dissectus ab ore leonis,
Divinum cuius nomen ab igne sonat:
Flammis ille Dei Mundum succendit; in ejus
Corde fuit Domini, ceu fuit ore, nota.

S. CÆCILIUS, EPISCOPUS, M.

Cæcilius doctrinâ ornat, Præceptor, Iberos,
Hinc Genti usqueadeò provenit eius amor:
Et, postquàm Mauris Provincia cesserat, Ædes
Divi inter Mauros inviolata fuit.

II.

FESTUM PURIFICATIONIS B. MARIÆ V.

Hymnus.

Pura dùm splendet sine labe, Virgo
Legis effugit penitus rigorem:
Ceu, tamen, noxâ foret inquinata,
Jura veretur.
Candido flores præit in nitore,
Albior splendet nive, vincit astra:
At novos, instans, ea puritatis
Ardet honores.

Por-

Portat Infantem gremiô pudicô,
Turtures binos tulit, aut columbas,
Introit Templum, litat atque juſſa
Munera Legis.
Obtulit Patri Genitum ſuperno,
Hoſtiâ tantâ recreatus Æther;
Gaudet & Mundus, pavitans Avernus
Infremit, horret.
Anna, quæ multos peragebat annos,
Obſequens Templo, venit hâc in horâ:
Et notans JESUM, docet ejus olim,
Læta triumphos.
Spiritu ductus, Simeon, ab almô,
Proſpèr, occurrit: manibûſque purîs
Suſtinet JESUM, nimis & beatâ
Sorte hilarescit.
Deinde præſagô modulatur ore
Plura de Chriſto, monuitque Matrem,
Qualiter deinceps ferietur acrî
Pectus ab enſe!
Lætus, aſpectô Dominô, tuetur
Fata Grandævus; morienſque, dulces
Flectit, ut cycnus, modulos, ſeniles
Claudit & annos.
Virgo, quę fulges ſacra puritatis
Forma, da, noxas fugiamus omnes:
Confer, Infantem redmêmus omnî
Cordis amore.
Namque multorum venit in ruinam
Filius, vitam trahit atque multis:
Conferat vitam, retrahat ruinam,
Exige ſupplex.

Epi-

Epigramma.

Pura Dei Genitrix cùm sit, nec crimine læsa,
Ad Templum, cupiens purior esse, venit:
Discito, tristis homo, si nix cupit albior esse:
Qui niger, ut carbo, nigrior esse cupis?

S. APRONIANUS, M.

Audijt Apronius voces ad regna vocantes
Cœlica, quos Fidei carcere causa premit:
Hinc ille, accensus, Cœlestia lucra procurat;
Proque Fide, reputat, commoda fausta mori.

III.

S BLASIUS, EPISCOPUS, M.

Hymnus.

Effulget Antistes pius,
Martyr triumphat inclytus,
Qui damna læsi gutturis,
Vocatus, expellit statim.
Spelunca servat abditum,
Donec patet venantibus:
Et ductus antè Præsidem,
Sævis ligatur vinculis.

Mei

Medetur ægros carcere;
Hùc eminus, miraculîs
Moti, petunt, ut liberet,
Quos morbus urget lethifer.
Spinam puer, qui faucibus
Gestabat hærentem diu,
Sanatur, & jussu Senis
Necem minantem deviat.
At flagra suffert BLASIUS,
Cædique dirô pectine:
Mox ense colium detrahi,
Ne corde discedat Fides.

Epigramma.

BLASIUS effulget, toti charissimus Orbi,
Saucia qui promptâ guttura sanat ope.
Acrior, immanem vicit, risitque, Tyrannum;
Hinc sibi devotis reprimit arma Stygis.

IV.

S. ANDRÆAS CORSINUS, EPISCOPUS, C.

Hymnus.

Hic per quietem, ceu lupus editus.
Matri videtur: quem licèt educare
Rectè Parentes, deindè sensim
Corripuit juvenilis ardor.

Cùm, se dicatum postea Virgini,
Agnoscit, almo se vovet Ordini:
Fit mitis agnus, mater olim,
Somnia dùm variat, tuetur.
Vexatus astu Dœmonis, invidum
Hostem retundit, fortior; & vigens
Virtute, doctrinæque laude,
Dirigit, eximius, Sodales.
Plausus abhorrens, delitet invius:
Quærunt Parentem mox Fesulæ suum:
Clamat puer, monstrat latentem;
Inveniunt, Soliôque tollunt.
Legatus, iras corrigit, & vetat:
Frangunt labores pondere. Funeris
Virgo diem pandit: Deoque
Plenus, it, irradiare Cœlo.

Epigramma.

Est lupus ANDRÆAS vitiis, virtutibûs agnus:
Mox tacitum latebrîs splendida mitra trahit:
Discordes unit populos: honor undique tollit;
Plùsque decus sequitur, quò magis ille fugit.

*** *** ***
*** ***
***

V.

SS. PAULUS, JOANNES, ET JACOBUS, MM. Japonis, Societatis Jesu.

Hymnus.

Læti Fidem vehunt, sonantque vocibûs,
Plausibûs & celebrant,
Japone fortes hi Viri.
Se dant Crucis jugo, notâque nobiles,
Subijciunt humeros:
Et voce JESUS provehit.
Clamore Gentes convocant, & instruunt,
Tartareosque dolos,
Arasque vanas dissipant.
Tunc Rex jubet ferus, cruci configere,
Vulnereque horribilî,
Mucrone costas dirui.
Nugîs premunt, aureisque scindunt asperi:
Terra, cruore madens,
Proles fideles germinat.
Curru vehunt per publicas Regni vias;
Multaque pars populi
Christo libens se mancipat.
Magnum mori lucrum putant ligno Crucis:
Esse Duci similes
In morte, plausus aggerit.

Epigramma.

JACOBUS, PAULUSque ferunt, ferit atque JOANNES,
Xavier induxit quam pius ore, Fidem:
Sectantur, fixi Crucibûs, vestigia Christi;
Et Cruce Japones ad iuga sacra trahunt.

S. MARTINUS DE AGUIRRE, M. Ordinis PP. Discalceatorum S. Francisci, Cantabri, Vergarensis.

Hymnus.

Vergaræ soboles, & decus inclytum,
Te, MARTINE, lyris canto fidelibûs:
Nam commune solum pangere me vocat,
Te, clarum Patriæ jubar.
Dùm mentem sophiæ lucibûs imbuit,
Hinc sydus micuit lumine clarius:
Agnoscit, juvenis, retia, sæculum
Quæis Dœmon vitiat vafer.
Se strictò recipit, prosper, in Ordines
Hic vexat cilicî membra doloribûs:
Insomnis precibûs noctibûs algidis,
Duram sustinuit famem.
Prolusit, sapiens, antè tragedijs,
Quæ Japone trucî conficerent nece:
Dum, confixa Cruci, Turba animosior
Mortes hauriet horridas.

MAR-

MARTINUS Comites, Cœlitùs eloquens,
Exemplîs acuit, robora suggerit:
Et, multus monitîs, æthnica de Cruce
Christo pertrahit agmina.

Epigramma.

Dat Christus, MARTINE, Crucem, dat largus honorem;
Et socium Calicis te, dedit, esse sui.
Ebrius hic, haustô vinô ferventis amoris,
Nil timet; imò, audax, aspera cuncta vocat.

S. AGATHA, V. M.

Hymnus.

Vanîs procurat fraudibûs
Te Quintianus vincere,
Amore Christi strenuam,
Castam pudicîs moribûs.
Mox Virginem seducere
Astuta certat fœmina;
Quæ negligebat nuptias,
Plûs horruit lasciviam.
Ast Prætor irâ efferbuit:
Quòd Christianis ritibus
Sit à juventa dedita,
Jubet, ligari carcere.
Colaphîs feroces impetunt,
Prunîs volutant asperi,
Candentî adurunt laminâ,
Scindunt mamillam candidam.

Aſt Virginem ſanat Petrus,
Cœli beatus Claviger;
Telluſque mota, deprimit
Charos ſodales Judicis.

Epigramma.

Deluſit fraudes AGATHA, & certamine victrix,
Sanguine ſcribebat mira trophœa Dei:
Contremit urbs, Prætorque timet, moriuntur amici:
In tenera vincit Virgine Sancta Fides.

VI.

S. DOROTHEA, V. M.

Hymnus.

Præſidem vincit DOROTHEA bellô;
Et, Fide conſtans, Fidei trophœa
Evehit: Chriſto timidas Sorores
Stare, coegit.
Odit hæc fauſtus, fugit & caducos
Nominis plauſus: ſtudioſa JESUM
Quærit: huic totos tribuens amores,
Cætera ſpernit.
Ergò, quòd JESUM recolat, prehenſa:
Deſerat JESUM, monuit Tyrannus;
Abnuit Virgo, potiùs vel ignes
Aula vorare.

Cryſ-

Chrysta sed nutat, labat & Calista:
Utraque & Christum negat, imminenti
Victa tormentô: DOROTHEA Christo
Reddit utramque.
Martyres ambæ rapiunt coronas;
Virgo dein, victrix, hilaris triumphô;
Cùm diu pœnas subijsset, ense
Cæsa, refulget.

Epigramma.

Apriciô victô, victisque Sororibus, ensi
DOROTHEA caput tradit, & astra rapit:
Moribûs enituit, nituit quoque voce: patebat,
Ore suæ Famulæ verba dedisse Deum.

VII.

S. ROMUALDUS, ABBAS.
F. Ord. Camaldulensis.

Hymnus.

Senem Marinum convenis,
Quô, Dive, te sublimibûs
Formaret in virtutibus,
Novum, vetustus, affecla.m.
Mox ipse, fulgens moribûs,
Et charitatis vinculô
Amplexus omnes, nobilem
Formare, pergis, Ordinem.

Compar Jacobo ritenuo,
Cernis Sodales candidos,
Tangente scalâ sydera,
Crebrò reverti, scandere.
Ut Martyris te laurea
Extollat, is Pannoniam;
Morbus levatur, dùm redis:
At ingravescit, dùm petis.
Ad instruendum, te cupit
Christus, fideles servulos:
Ut, candidi, scandant juga
Perfectionis maximæ.

Epigramma.

Director Monachûm, grandævus & incola eremi,
Afflictis, clemens, fert ROMUALDUS opem.
Annos plus centum vitam, velut Angelus, egit;
Terrîs corpus erat: mens erat alta Polîs.

VIII.

S. JOANNES DE MATA, C. FUNDATOR.

Hymnus.

Lætîs procurat gaudiis
Te, MATHA, Demon fallere:
Præstat libris incumbere,
Ut sis Minister aptior,

Mul-

Multîs monet miraculîs
Te Christus, ut vinctos leves:
Hoc cervus, hoc & Angelus,
Pastorque firmat Præsulum.
Antrîs Sodalem congruum
Reperis: specu Vocatio,
Emissa Cœlo, retrahit,
Urbesque adire, compulit.
Graves catenas solvitis:
Cœtuque formatô piô,
Miseros, revinctos carceri,
Jugi levatis munere.
Ergô, JOANNES, pondere
Pressus laborum: Proximi,
Deique amore exæstuans,
Finem beatum conficit.

Epigramma.

Annumerat Socios, Cœlô ductante, JOANNES;
& quibus obstrictis vincula rupta cadant:
Hi, blandi, eripiunt, quos cœca ergastula stringunt;
Et fervet pietas, & viget alma Fides.

IX.

S. APOLLONIA, V. M.

Hymnus.

Ne, Virgo, Chriſtum deſeras,
Dentes ferox ut eruat
Tortoris atrocis manus,
Permittis; & mulcet dolor.
Mulcet dolor, quòd præmijs
Attenderet perennibus:
Dolore vexati brevi,
Cœli beantur gaudijs.
Minatur ignes carnifex;
Pauliſper at Virgo ſilens,
Manibûs fugit ſatellitum,
Se ſponte flammis injicit.
O vera Chriſti victima!
O charitatis hoſtia!
Præſtat rogîs flagrantibûs
Intûs calens dilectio.
Mirantur omnes Fœminæ
Facinus, ſenemque ſtrenuam:
Viget virili robore,
Quam Chriſtus armat præmijs.

Epigramma.

Dentibûs evulſis, Virgo APOLLONIA flammas
Impavida ingreditur, devorat atque rogos:

Ah

Ah timor intereat, qui pellit ab Æthere! fortes
Nos facit ista senex Fœmina, tanta ferens.

S. FRUCTUOSUS, EPISCOPUS, ET SS. Augurius, & Eulogius, Diaconi, MM.

Dive, tuus flammas, duplici comitante LEVITA,
Qui calet, exuperat, Numine plenus, amor:
Turba dolet, Patremque gemit Plebs sancta cremandum:
Pergis ad usturam lætior ipse struem.

X.

S. SCHOLASTICA, V.

Deridet, juvenis, præclara SCHOLASTICA Mundum,
Fluxisque in rebus nil, quod amaret, habet:
Mortales fugiens oculos, exhorret amari:
Omne quod à Domino retrahit, illa fugit.

XI.

S. VALERIUS, EPISCOPUS.

Tarda licet fuerit dicendo lingua, VALERI,
Subrogus eloquij laude Levita viget:
Tu flectis bonitate animos; hinc ipse Tyrannus
Horruit, insignem tollere morte virum.

S.

IX.

S. APOLLONIA, V. M.

Hymnus.

Ne, Virgo, Christum deseras,
Dentes feróx ut eruat
Tortoris atrocis manus,
Permittis; & mulcet dolor.
Mulcet dolor, quòd præmijs
Attenderet perennibus:
Dolore vexati brevî,
Cœli beantur gaudijs.
Minatur ignes carnifex;
Paulisper at Virgo silens,
Manibûs fugit satellitum,
Se sponte flammis injicit.
O vera Christi victima!
O charitatis hostia!
Præstat rogis flagrantibûs
Intûs calens dilectio.
Mirantur omnes Fœminæ
Facinus, senemque strenuam:
Viget virili robore,
Quam Christus armat prælijs.

Epigramma.

Dentibûs evulsis, Virgo APOLLONIA flammas
Impavida ingreditur, devorat atque rogos:

Ah

Ah timor intereat, qui pellit ab Æthere! fortes
Nos facit ista senex Fœmina, tanta ferens.

S. FRUCTUOSUS, EPISCOPUS, ET SS. Augurius, & Eulogius, Diaconi, MM.

Dive, tuus flammas, duplicî comitante LEVITA,
Qui calet, exuperat, Numine plenus, amor:
Turba dolet, Patremque gemit Plebs sancta cremandum:
Pergis ad usturam lætior ipse struem.

X.

S. SCHOLASTICA, V.

Deridet, juvenis, præclara SCHOLASTICA Mundum,
Fluxîsque in rebus nil, quod amaret, habet:
Mortales fugiens oculos, exhorret amari:
Omne quod à Domino retrahit, illa fugit.

XI.

S. VALERIUS, EPISCOPUS.

Tarda licet fuerit dicendo lingua, VALERI,
Subrogus eloquij laude Levita viget:
Tu flectis bonitate animos; hinc ipse Tyrannus
Horruit, insignem tollere morte virum.

S.

XII.
S. EULALIA, V. M. Barcinonensis.

Hymnus.

Quò pergis, alma EULALIA?
Tutò recessu quid fugis?
Subsiste: Prætor efferus
In corpus, acris, læviet.
At tendit imperterrita
Prætoris immanis domum:
Objurgat iras, & Crucis
Celsos triumphos explicat.
Furore at ille excanduit,
In Virginem verti, jubet,
Quidquid ferox crudelitas
Excogitare suffi it.
Ardenti adurit lampade,
Oculosque flammis ustulat,
Nares acetò perfricat,
Vivâque calce jactitat.
Nudam pudicam Virginem
Calles adire, compulit;
At illicò Sponsus nivis
Sponsam tegit velamine.

Epigramma.

Pertulit innumeras, fervens EULALIA penas;
Plus quoque, dùm perfert blanda puella, viget:

De-

Debilis in fortem pugnabat Virgo Tyrannum;
Vincitur hic: Virgo, fortior, arma domat.

XIII.

S. STEPHANUS, ABBAS.

Pulchra cohors Superûm STHEPHANI permulcet agonem,
Adſtantûmque beat lumina viſa cohors:
Mors eſt conſpectu Domini jucunda piorum:
Jubila fert oculis mors pretioſa virûm.

S. MARTINIANUS, EREMITA, C.

In grave te crimen rapiebat fœmina ſanctum;
Uſqueadeò mulier, MARTINIANE, domat:
Hinc minùs exterret pelagus, plûs iacta puella:
Acriùs horriſonô dimicat illa mari.

S. CATHARINA DE RICCIS, V.

Iſacides poſcunt, Lignô deſcendat JESUS;
Sicque ſtatim credent, Numinis eſſe Satum.
Abnuit at Chriſtus. CATHARINÆ ut brachia tendat,
Et premat amplexu, de Cruce ſolvit ea.

XIV.

S. VALENTINUS, M. PRESBYTER.

Sæpe VALENTINUS languentia membra medetur;
Doctrinaque viros ad pia regna vocat;

Fuſ-

Fuste, tamen, quatitur; sanctum caput amputat ensis:
Heu quas ingratas terra dat atra vices!

XV.

SS. FAUSTINUS, ET JOVITA, MM.

Nobile par! dignè quæ vos facundia tollat,
Queis, tormenta pati, gloria tota fuit?
Hoc decus, has palmas, ut cerneret Itala tellus,
In cunctis plagas intulit illa plagis,

XVI.

S. ONESIMUS, EPISCOPUS, M.

Doctrinæ spargis radios, ONESIME, per Orbem,
Et, sacra qui iniunxit munia, Paulus erat:
Pastorem instituit: virtutes noverat ille:
Vincla subis, saxis obrutus, astra petis.

S. JULIANA, V. M.

A te si fugiat, Dæmon, humana voluntas,
Ardeat & Domino tradita tota suo:
Te domat, exterret, subigit, ligat, una Puella;
Hujus & ad vocem territus, ipse paves.

S.

XVII.

S. JULIANUS DE CAPPADOCIA, M.

Oscula Martyribus libas, JULIANE, peremptis;
Ofor & , intendens, oscula sancta videt:
Igne cremat tortor, lentè te flamma perurit;
Ut, quò plùs pateris, plùs quoque palma vehat.

XVIII.

S. SIMEON, EPISCOPUS, M.

Filius en Cleophæ SIMEON, Christoque propinquus,
Qui perfert Solymîs, plebe stupente, crucem:
Crux, infixa animo, vires ætate senilî
Confert: exsuperant flacida membra necem.

XIX.

S. GAVINUS, M. PRESBYTER.

Christiadûm sævus Tortor Dioclecianus, dùm gaudia versat,
Ferrea GAVINUM vincula in Orbe premunt:
O animîs agitate, homines, quæ fata sequantur?
Mutabunt nostras sæcla futura vices.

S.

XX.

S. SADOTH, EPISCOPUS, ET SOCIJ, MM.

Fulgentem radiis ſolem, SADOTHIUS, axe
Dùm negat, eſſe Deum, plurima acerba tulit:
Cum SOCIIS, animoſus, obit: Soliqne nitorem
Qui dedit, ipſe ſuô recreat ore Deus.

XXI.

S. PETRUS MAVIMENUS, M.

Te viſunt ægrum Mauri; gratuſque, Mahomam,
PETRE, doces, Orco quam mala cruda premant:
Gens, tamen, infelix, poterant ubi ferre ſalutem,
Extraxit virus: te, fera, morte rapit.

XXII.

CATHEDRA S. PETRI, ANTIOCHIÆ.

Parvula cymba PETRI, per cærula carbaſa pande:
Fluctivagas Chriſtus vortice frœnat aquas:
Curre, licet venti congeſtò robore certent:
Ipſa tibi plauſus infera Porta dabit.

VI.

XXIII.

VIGILIA S. MATTHIÆ, Apostoli.

Proditor ingratus cecidit, se strangulat acer:
Liquit iter cœptum, flexit avaritia.
Sufficitur fausta MATTHIAS sorte: renebit
Hic, pauper, certam, quæ petit astra, viam.

S. MARGARITA DE CORTONA.

MARGARIS, ob noxas fueras vilissima: deindè
Amissum reparat lachryma sancta decus.
Desperare, viri, numquàm, dùm vita superstit:
Lachryma fusa Deum mitigat, astra rapit.

XXIV.

S. MATTHIAS APOSTOLUS.

Hymnus.

Cœcus furore proditor,
Se dùm cruentus strangulat,
Apostolorum sobrium
Cœtus requirit sustrogum.
Cœlestis lumen prævij
Quærunt precatu supplici,
Ut sorte, qui sit congruus,
Addatur almo Cœtui.

Eſt candidatus Barſabas,
Juſti vocatus nomine;
Nam lucidis ſe moribûs
Inſtruxit ad JESU Scholam.
Verùm MATTHIÆ ſors cadit,
Electus eſtque Apoſtolus:
Parteſque tanti muneris
Explevit, Orbi commodus.
Quàm jure, ſors Apoſtolis
Adjunxerit, zelus notat:
Notat cruor, quem fuderat,
Ut Gentibus daret Fidem.

Epigramma.

EDocuit Mundum MATTHIAS, divite poſtquàm
Functus Apoſtolicô munere, ſorte fuit:
O utinam precibûs nobis, pius, impetret, olim
Collocet Æthereis ſors ſine fine Choris!

XXV.

S. CÆSARIUS, C.

CÆSARIUM, Gregori, Cœleſti in veſte nitentem
Conſpicis, & viſu jubila ſancta capis:
Recreat è Cœlo Frater, recreatur & Ille,
Dùm te, vel ſuperis, aſpicit eſſe parem.

XXVI.

S. ALEXANDER, Episcopus Alexandrinus.

Rexit Alexander post Petrum classica Christi,
Presbyterumque Fide, cuncta domante, domat.
Arius iste fuit, Synodus quem deinde Nicena
Damnat, restituit quæ tibi, Christe, decus.

XXVII.

S. JULIANUS, M.

Dùm, pie Juliades, podagrâ retineris inerti,
Sede sedens, traheris Judicis antè thronum:
Eunus te sequitur, famulus te deserit alter;
Cum primo pateris verbera, flamma cremat.

XXVIII.

SS. PRESBYTERI ALEXANDRINI, MM. Qui subvenientes Peste infectis, & ipsi contagio correpti sunt.

Presbyteros vexatque lues, agit, atque fatigat,
Dùm mittunt ægros voce potente Deo.
Victima grata nitet miserùm Dilectio sancta:
Hæc necat, hâc subeunt, Victima grata, Polum.

S. ROMANUS, ABBAS.

Te colimus, ROMANE Pater, Dux inclyte Eremi,
Qui trahis, & Monachos in pietate foves:
Ille Deum totus redamat: contentus amore
Nonque suô tantùm, concremat igne alios.

MARTIUS.

I.

S. ANGELUS CUSTOS.

Epigramma.

In Diœcesi Toletana.

Tot laqueos inter, quos Dœmon texuit Orbem,
Unicuique suus fulgidus Ales adest:
ANGELUS hic CUSTOS, vigilans quem corde fideli,
Protegat ut semper, tu quoque semper ama.

S. RUDESINDUS, EPISCOPUS.

Ecce RUDESINDUS, qui clarus origine Regum,
Clarius obtinuit per pia facta decus:
Munere Pastoris, mœstos, inopesque fovendô,
Et sacra Templa struens, ceu Pharus, ille fuit.

II.

S. LUCIUS, EPISCOPUS, C.

Lucius egregij Paſtoris munia portans,
Præſulibus certum munere pandit iter:
Ille Dei primùm firmabat pectus amore;
Dein vigil, expulsîs, nutrit Ovile, lupîs.

III.

SS. EMETHERIUS, ET CELEDONIUS, Fratres MM.

Hymnus.

Patronos recolit noſtra Diœceſis
Vos, ò congenitô robore nobiles:
Et dignô tumulô cæſa cadavera
Ædes poſsidet inclyta.
Romani juvenes hos vehit Imperî
Inſignî trabeâ gloria militum:
Dùm Chriſto vigilant, plùs honor evehit
Plùs nomen recinit decus.
Hi, dùm Chriſtiados conſpiciunt, premi:
Nutantes validant voce: tyrannidem
Damnant carnificum: retia detegunt:
Firmant vî quoque debiles.

Comprenſi, ſubeunt ardua plurima:
Portentîs rutilant; ſed prohibet furor,
Signari rabuîs, ne vigor ampliet
Exemplô populos Fide.
Hic mittit ſuperis ſedibus annulum:
Fert alter pariter candida lintea:
Præmittunt Fidei pignora, quô dein,
Occiſi gladiô, volant.

Epigramma.

Egregij Fratres, audacis gloria belli,
Vos modò plùs fortes efficit alta Fides.
Mittitis in Cœlum coram munuscula turbis,
Vos, præ muneribus, certat habere Polus.

IV.

S. CASIMIRUS, C.

Hymnus.

Annis à teneris Deum
Summè, Dive, times, fervidus appetis.
Hic vafros Erebi dolos
Ludens, ſe decorat moribûs inclytîs.
Carnem perpetuò domans,
Durô ſe cruciat verbere, ferreîs
Corpus nexibûs opprimit,

Lec-

Lecti mollitiem despiciens, humi
Somnò se reficit brevi.
Hic clam Templa petit nocte sub algida,
Ut Divos subigat prece
In blando generat pectore lachrymas
Christi passio sæpius.
Hic dùm Mysta Cœlica munera,
Hæret mente diutinus.
Orans, obtinuit, suppliciter Patrem,
Hostes ne nova fabricent,
Ultrà ne reparent Templa labantia.
Ut virgo niteat, mori
Non horret, medici consilij sciens.
Dives sydera pervolat,
Quamvis exiguò tempore vixerit.

Epigramma.

Vertice dùm splendet Magnus CASIMIRUS honoris,
Omne decus Christi proijcit ante pedes:
Lenit egenorum curas, cremat Hæresis ædes;
Utque foret Virgo, funera sponte subit.

NOVENA S. FRANCISCI XAVERIJ.

XAVIER irradiat, cujus NOVENA quotannis
Excitat ad Cœli gaudia festa Viros:
Huic æterna salus hominum fuit intima cura;
Hæc quoque nunc agitat, dum tenet astra, salus.

V.

S. PHOCAS, M.

PHOCA, tuas quicumque fores pertingat ad Ædem,
Illicò serpentum toxica tetra fugit:
Qualiter antiqui Colubri deceperis astus,
Prodigijs retegunt pulsa aconita tuis.

VI.

S. EVAGRIUS, EPISCOPUS.

Exulat EVAGRIUS: statuunt si jussa Valentis;
Pastorem quamvis Gens petat alma Virum:
Hæc gemit absenten, gemit, Hæresis effera vincat:
Haresis at tandem, luce domante, ruet.

VII.

S. THOMAS AQUINAS, C. D.

Hymnus.

Doctus, & prudens, humilis, pudicus,
Angelus, Mundi datus in salutem,
Hâc die THOMAS populis beata
Gaudia confert.

Foe-

Fœminam, victor, fugat impudicam:
Vincit, & Christo sociat, Sorores:
Abstinet Mundô, juvenis; fugitque,
Floridus, aulam.
Se pio, lætus, sacrat Instituto;
Hicque virtutes, operosus, ardet,
Quærit, acquirit: pietate fulget,
Norma Cohorti.
Digerit quidquid Veteres notarunt:
Ebibit Priscûm monimenta Patrum;
Luce doctrinæ retegit, domatque
Hæresis astus.
Pellit errorum tenebras: Fideles
Dirigit, pascit, docet, & tuetur:
Dulcibûs Panem canit Angelorum,
Psalmicem, Hymnis.

Epigramma.

Castus adest THOMAS, Doctor clarissimus, omnes
Qui docet exemplis, docet ore viros:
Huic par ingenium, pietas, facundia, candor;
Hic quoque Christigeni firma columna Gregis.

VIII.
S. JOANNES DE DEO, C. F.

Hymnus.

Te Cœlicus splendor notat,
Campana declarat sonô,
Cœlô favente, publicis
Ortum, JOANNES, commodis,

Di-

Diversa portas munia,
Sermone donec concitus,
Amore sanctè insaniens,
Ligaris æde amentium.
Sed charitatis igneæ
Vis, nota, solvit carcere:
Et Proximorum Charitas
Curis fatigat jugibus.
Tristes fovere languidos,
Pœnas levare pauperum,
Servare egenas Virgines,
Est cura, conatus, labor.
Quæris Soda es impigros,
Ut morbidorum singuli
Curam gerentes, spiritus
Regnis beatis dirigant.

Epigramma.

Versabat te mille viis Deus antè, JOANNES
Granatæ, tandem, destinat ille cruces:
Urit dius amor; medicaris, providus, ægros;
Queis fis cum socijs certa medela tuis.

IX.

S. FRANCISCA, Vidua Romana.

Hymnus.

Ludos fugis infantula,
FRANCISCA: Christus te vocat,
Orationis pabulo
Delectat, & solam docet.

An-

Annîs vigebat undecim,
Et castitatem percupit
Servare; sed compellitur
Jussu Parentum, nubere.
Monet sodales fœminas,
Ut vanitates reipuant,
Ut abstrahant spectaculis,
Proculque sint convivijs.
Charô peremptô Conjuge,
Inter pudicas Virgines,
Quas ipsa, nupta, junxerat,
Matrona casta admittitur.
Hîc illa fulget moribûs
Inter Puellas candidas,
Custode vincens Angelô
Irâ furentes Dœmones.

Epigramma.

FRANCISCA eniruit, Viduarum splendor, in Urbe;
Et Viduis Sanctum nunc quoque monstrat iter:
Hæc, soli commissa Deo, post funera Sponsi,
Ceu natos, inopes protegit, ornat, alit.

S. CATHARINA, V. Bononiensis.

Regula Virginibus, vivens, CATHARINA refulsit,
Quin etiam morum, mortua, forma nitet:
Quippe Chorô residens Prælatæ sede cadaver,
Perficit, & tacitô dirigit ore Chorum.

X.
SS. QUADRAGINTA MARTYRES.

Hymnus.

Quæ militarî gloriâ,
Cohors, nitebat ſtrenua,
Regem caducum deſerit,
Ne Chriſtus illos deſerat.
Clauduntur atrô carcere:
Strictîs ligantur vinculîs:
Saxîs & ora diſſecant;
Tormenta ſed vincit Fides.
Sub nocte, nudi, frigidâ
Merguntur undîs algidis:
Exire ſtagnô provocant
Aquæ, tepentes proximæ.
Aſt unus, acrî frigore
Devictus, indè proſilit:
Quidamque de cuſtodibus
Sortem beatam præripit.
Lacum videt ſplendeſcere:
Cernit coronas impares:
Intrat paludem; Martyris
Obit decorus laureâ.

Epigramma.

Occumbit generoſa Cohors, plus morte triumphans,
Quàm ſi, devictis hoſtibus, affiet honor:

Vic-

Victrici quondam lauros in fronte gerebat;
Nunc nitet æternis plùs speciosa thronis.

XI.

S. EULOGIUS, PRESBYTER, M.

In nos cùm Mauri furerent, pia gesta notando,
Eulogi, exemplis inclyta Regna foves:
Corduva Martyribûs plena est, & plena triumphîs:
Illa tibi Patriam contulit, ipse decus.

XII.

S. GREGORIUS MAGNUS, PAPA D.

Hymnus.

Vehit Se natorum Genus,
Ædisque, Doctor, divitis
Te nobilem dant Stemmata:
Tu Tecta Christo consecras;
Et sponte sortem pauperis
Expertus, abscondis jubar.
Expugnat hic Eutychium;
Corpus, fateri, compulit,
Quamvis redactum vermibûs
In pulverem post funera:
Tandem, resumptîs carnibûs,
Resurget antè Judicem.

Spes

Specu latescit, ut Thronus,
Romæ vacans, non evehat;
Verùm Columna lumine
Antrô latentem publicat:
Hinc cogitur Sedem Petri,
Quamvis reluctans, scandere.
Ovile Christi sedulus
Gubernat, & pascit vigil:
Extirpat errorum luem,
Herbas nocivas eripit:
Datis Ministris, Gentibus
Mittit salutis munera.
Nec zelus, exactô die,
Quiescit. Elcas posteris
Scriptis Libellis præparat:
Mores beatos indicat,
Declarat abstrusum nefas,
Sectentur ut cuncti Deum.

Epigramma.

Christiâdum Moses, Pastor, lux, norma, columna,
Plaudentes, Gregori, cerne benigne modos:
Quique tuos mores, scribens Moralia, pandis,
Fac tibi nos, etiam, moribûs esse pares.

*** *** ***
*** ***

XIII.

S. LEANDER, Episcopus.

Hymnus.

Jure te Patrem recolunt Iberi,
Quos cibas vitæ dapibûs, LEANDER,
Ipse doctrinæ radiîs nigrantes
Excutis umbras.
Pellis errores: Ariana pestis
Corruit tantô Medicô: salute
Principem donas: caput & cruento
Hic parat ensi.
Traditur frater Recaredus, ut tu
Instruas mores, stabilemque reddas
In Fide, totô fuget atque Regno
Prisca venena.
Tu doces Fratres, simul & Sororem,
Ut dolos vincant Erebi, caduca
Respuant, bellô subigant furentis
Hæresîs arma.
Tu, Deô plenus, pietate fervens,
Improbos terres Domini timore:
Promoves justos; meritîsque dives,
Scandis in astra.

Epigramma.

Hispanæ Gentis splendet lux clara, LEANDER,
Cui, vigil, exemplô firmat, & ore, Fidem.

Erro-

Errorum pepulit tenebras, fecitque suasu,
Nullus ut Hæreticus lucida regna colat.

XIV.

S. FLORENTINA, V.

Hymnus.

Virgines inter celebres Iberas,
Diva, præfulges pietate; quam nec
Decipit Mundus, Stygis aut dolosi
Machina vincit.
Tu, pios Fratres imitata, Cœlum
Quæris ardenter, peritura spernis:
Te juvat, parvis latitare cellis,
Orbe remotam.
Fax puellarum rutilas piarum,
Quas vocas Sponso, regis atque Ductrix:
Fama virtutum, volitans per urbes,
Agmina adauget.
Quæ gerunt Fratres pia bella contra
Hæresim, castis geris ipsa votis:
Hi domant scriptis; precibus sed ipsa
Antè domasti.
Ergò, certantes tenebroso in Orbe
Dirigas, clemens; inhiare celsis
Obtine Regnis, simul & fugacem
Temnere Mundum.

Epi-

Epigramma.

Norma Puellarum pia FLORENTINA refulget,
Quæ ſoli invigilat, fauſtibus orba, Deo:
Hæc Cœlis inhians, terrâ, ceu carcere, vivit;
Et gemit exilij tempora tarda ſui.

S. MACTILDES, Vid.

Regia MACTILDES, tibi non mundana iocantur;
Nam puerile putas quidquid adorat humus:
Excelſos plantus, humilis, contemnis: in altra
Pergere, totus honor, gloria tota fuit.

XV.

S. LONGINUS, M.

Cuſpide LONGINUS Chriſti latus abſcidit acrî,
Indèque difluxit Sanguis, & Unda ſimul:
Vulnere pro acceptô Chriſtus dat præmia: Miles;
Fusô, pro effuſô, ſanguine, Martyr obit.

S. RAYMUMDUS, Abbas Fiteri.

Tùm Cruce, tùm gladiô, RAYMUNDUS, miles, & Abbas,
Dux, regit Hiſpanos, Maurica caſtra domat:
Prorſus ut expelat, Cœtus componit Equeſtres;
Pars vacat hæc Bello: pars vacat illa Choro.

XVI.

S. PAPAS, M.

Verbera te laniant, ferit ungula ferrea, PAPAS,
Et rigidâ fodiunt cuspide vincla pedes:
Sic jubet ire vias Tortor: mox, arbore fixus,
Emoreris: subitò poma dat arbor iners.

XVII.

S. PATRITIUS, Episcopus, C.

Hymnus.

Mirîs Hybernos, PATRITI,
Christo jugas miraculis;
Sed ipse, portentum novum,
Cœcis refulges Gentibus.
Immersus undîs algidis,
Psalmis vacas, & canticis;
Pulsô sopore, perpete
Noctem precatu transigis.
Ter centies per singulos
Dies honorem Numini
Flexô genu persolvere,
Cultor perennis, vendicas.
Sævîs redemptus Barbarîs,
E nocte tollis insulam,
Et, luce perfundens sacrâ,
Virtute reddis splendidam.

Hunc

Hunc efferæ Gentes Patrem,
Mites ut agni, percolunt:
Lucemque, quam traxit Fides,
Sectantur inter nubila.

Epigramma.

Præpositus, juvenis, gregibus, retegebat, Hibernis
Quàm bona PATRITIUS pasta daturus erat:
Insula Sanctorum dicta est, quam nutrijt ille:
Hinc ibi vincla inter promicat alma Fides.

XVIII.

S. GABRIEL ARCHANGELUS.

Hymnus.

Regis Superni Nuntius
Splendore terras recreat:
Castam salutans Virginem,
Timore Mundum liberat.
Hic missus è Cœli throno,
Formam virilem sumpserat:
Et Virginis castos oculos
Blandâ loquelâ temperat.
Jussis ut almis annuat,
Rogat Puellam Nuntius:
Et Virgo consensum parans,
Sanare morbos incipit.

Vim denotat cum nomine
Hic Angelus; nec vincula
Hominum valerent dirui,
Si robur abfit Numinis.
Te clamat Humanum Genus,
Vires ut addas, GABRIEL;
Et mille vitæ clafibûs
Nos liberes, & protegas.

Epigramma.

GABRIEL en ſplendet TRIADOS qui Nuntios almæ
Extitit, & Mundo gaudia fauſta tulit:
Dicetur hic *Fortis*, Summi quia robora Regis
Indicat: hunc victor, qui cupit eſſe, vocet.

S. BRAULIUS, Epiſcopus, C.

BRAULIUS Hiſpanis, radiantis luminis inſtar,
Fulſit; & uſque Pharos in Regione micat:
Obſtitit Hæreticis gnavus, fovitque Fideles;
Hiſpanos, etiam, ſedulus utque fovet.

XIX.

S. JOSEPHUS SPONSUS B. M. V.

Hymnus.

Te pangimus læti, Sponſam cui Conditor,
Decore plenam, tradit, quæ Cœleſtium
Regina fulget, inclytîs quæ moribûs
Traxit Deum terris, & ventre clauſerat.
Iſtam tibi credit, quò ſerves pervigil,
Ut protegas, Sponſus, cibes, & veſtias,
Natam Pater, Natus Matrem, dein Spiritus
Sponſam, tibi, felici tanto pignore.
Natum Deum foves, alis, circumgeris,
Defendis; oras, Cuſtos, fers in exteras:
Patrem vocant Chriſti, vel eſſe crederis,
Nam paret ille, ſubditus ceu Filius.
O fauſte JOSEPH! Nulla te facundia
Laudare ſufficit; vincis ſupra modùm
Laudantis ipſe voces, maior laudibûs:
Non poſſe, ſit decus, ſit ſplendor optimus.
Hunc, ergo, cuncti clament in mœrorîbus:
Ducet manu, Deum quà quondam duxerat:
Ab hoſte ſævo, clemens, nos tuebitur:
Cœli dabit, tandem, choros aſcendere.

Epigramma.

Virginis atque Dei, Cuſtos fauſtiſsime, JESUM,
Hos etiam ſolitâ ducere, ſerto manu:

Accurrant inopes, rogitent: dabit omnia JOSEPH:
Cui fuit ipse Deus subditus, omne potest.

XX.

S. VULPHRANUS, Episcopus, C.

Insula VULPHRANUM meritò decorabat; at illam
Deponens, tacitus degere quærit humi:
Inter ovat Monachos, Monachus sanctissimus, omnes;
Dùm cupit ignotus vivere, fama notat.

XXI.

S. BENEDICTUS, ABBAS.

Hymnus.

Abbas, & Abbatum Pater
Præclarus hîc lucet die:
Antrò latens trienniô,
Virtute mirè proficit.
Fusô cruore vepribus,
Lasciviæ stinguit faces:
Frangit Crucis signaculô
Mixtum venenò poculum.
Structis gubernat Ædibus
Prolem beatis moribus:
Quos antè secernunt specus,
Conjungit, ut vivant simul.

Aras

Aras nefandas deſtruit:
Lucos adurit impios:
Chriſto ſubegit Æthnicos:
Totilæque mortem nuntiat.
Suam propinquam ſentiens,
Jubet, ſepulchrum pandere:
Occumbit: aſtra ſpiritus
Scandit, decorus palliô.

Epigramma.

Quò formata fuit ſemota Monaſtica vita
Finibûs Occiduîs, en BENEDICTUS adeſt.
Funera cùm veniant, trutinâ, BENEDICTE, Supremi
Judicis, ut dicar, fac, benedictus ego.

XXII.

S. PAULUS, Epiſcopus, C.

Narbonenſe decus PAULUS (qui Sergius olim)
Mandatô Pauli prædicat Orbe Fidem:
Hunc Paulus quondam luſtralî flumine tinxit;
Hinc ardet, cunctos Gratia ſancta vehat.

XXIII.

S. BENEDICTUS, M.

Perdere te Gothi cupiunt, BENEDICTE, caminô;
At ceſsit fornax, emicat igne ſalus:

Horrebas Erebum: te vita Monastica justum
Fecerat, indè rogi torrida flamma timet.

XXIV.

S. SIMEON, Puer, M.

In Christi Nomen truculenta, Hæbrea propago
SIMONEM Puerum, barbara, morte rapit:
Infantem nequijt quæ quondam cædere Christum,
Nunc avet, infantes cædere Christiadum.

XXV.

INCARNATIO VERBI DIVINI, & Annunriatio B. Mariæ Virginis.

Hymnus.

Plausibûs, Virgo nimis ô beata,
Quam tenes, sortem, canimus sonorîs:
Cerne, quos sacrat, modulos Clientum
Turba tuorum.
Dira noxarum tetricæ premebant
Vincla seductæ sobolem Parentis:
Tu catenatum, miserans, resolvis
Compede Mundum.

Angelus quandò dedit alma iussa,
Annuis felix, Homo fitque Verbum:
Tuque, dùm Christus, redimens, medetur,
Ducis ad astra.
Audijt voces Satanæ dolosas
Heva, sic prolem maculavit aure:
Tu Dei præbens, medicaris agros,
Jussibus aurem.
Cœlicas turbas, hominesque, vincis
Gloriâ Matris decorata Christi:
Tu Redemptorem generans, Redemptrix
Fis quoque Mundi.
Ergo Factorem geris ipsa ventre,
Utque regnanti famulantur astra:
Plaudimus læti, Genitâ dùm talî
Terra triumphat.
Sis Dei Mater, decus esto Cœli.
Sis nitor Mundi, decus Angelorum,
Omnium splendor, via, norma, paxque
Firma tuorum.

Epigramma.

Decrevit Dominus vestiri carne: Voluntas
Virginis exigitur: Nuntius almus adest:
Annuit huic Virgo: castâ Deus additur alvô:
Et tunc nostra fuit principiata salus.

S. LATRO.

E Cruce pendentem, nugas cui turba iebat,
Indubiè DIMAS credidit, esse Deum:

Mag-

Magna Fides! sed iusta tulit sibi præmia; namque
Fur nuper sævus, Fur pius astra rapit.

XXVI.

S. MONTANUS, M.

Proijceris, MONTANE, vagis periture fluentis,
Suffocatque gravi funere mollis aqua.
More canens cycni moritur, vocesque frequentans,
Sive tuas, JESU, sive, MARIA, tuas.

XXVII.

S. RUPERTUS, Episcopus, C.

Te Styrij, Bavarique, colunt, RUPERTE, domasti
Quos pius eloquij lumine, quosque Fide:
Hinc amor in Patrem, cultusque emanat utrisque;
In charos Populos indè Parentis amor.

XXVIII.

S. ESPEUS, ABBAS.

Nobile Cœnobium quali pietate foveret
Espeus, portentis edita signa notant:
Scanderat hic similis Cœlestia Regna columbæ,
Et visa est Monachis pulchra columba pijs.

S.

XXIX.

S. CYRILLUS, DIACONUS, M.

Sanguificum, CYRILLE, tibi divellitur hepar;
Difficileſque cibos helluo crudus edit:
Sicarî deſiſte furor: fluit eſca cruorem,
Atque cruor mentas recreat iſte Dei.

XXX.

S. JOANNES CLIMACUS, ABBAS.

CLIMACUS elucet feſtivâ hac luce JOANNES,
Qui dedit auratîs myſtica juſſa libris:
Ille vias omnes Virtutis præmonet: antris
Quæ fuerat, deinceps urbibus eſſe, facit.

XXXI.

S. BENIAMINUS, DIACONUS, M.

Diaconus egregius, pie BENIAMINE, refulges;
Tortor ei ſpinæ cuſpide palus erat:
Tranſadigunt ſentes corpus; tamen ille beatô,
Vel ſic emoriens, prædicat ore Deum.

APRI-

APRILIS.

I.

S. MACARIUS, C.

Epigramma.

Effigies Divûm doctô MACARIUS ore
Protegit: indè sibi damna cruenta parat:
Exulat, & patitur; sed quòd simulacra piorum
Fulgerent aris, dulce levamen erat.

II.

S. FRANCISCUS PAULA, C. FUNDATOR.

Hymnus.

Mundum juventâ floridâ
FRANCISCUS arcet. Quò magis
Plagas refellat subdolas,
Annos Eremò transigit.
Victu famem pauperrimô
Avertit, ac undâ sitim:
Pressus rigore frigoris,
Et Solis ustus ignibûs.
At fama, gentes undique
Hùc attrahens, cogit specu
Exire: cogit Charitas,
Homines ut aëris ingerat.

Lectâ Cohorte strenuâ,
Orco movet certamina:
Condemnat esus carnium,
Addit preci jejunium.
Minimum vocari complacet;
Hâc voce Prolem nuncupat;
Fierique pergunt Maximi,
Submissione Parvuli.

Epigramma.

En Fundator adest Minimorum PAULA, renidens
Lux fuit ille viris, nunc quoque Prole nitet:
Huic corde hærebat Dilectio mordicus almæ;
Æthere regnantem plùs pius urget amor.

S. MARIA ÆGYPTIACA.

Horrentes sylvas, scelerum pertæsa suorum,
Finibus in Pharijs flere MARIA petit:
Cœlo tota vacans, in montibus exigit ævum,
Et, Christi acceptô Corpore, fata subit.

III.

S. AGAPE, V. M.

Squallebas, AGAPE, tenebrosô carcere vincta;
Vincta, tamen, Domino lætior ore canis:
Flamma fugit, non aula Dei comburere Sponsam;
Aspectu rigoit forsitam illa tuo.

S.

IV.

S. ISIDORUS, EPISCOPUS, ET D.

Hymnus.

Fulsit Hispanis Isidorus oris,
Doctor excellus, celebris Magister:
Hinc Iberorum rapuit, rapitque,
Semper amores:
Hic, adhuc annis juvenis, furentes
Hæresis fraudes domuit: venenum
Pandit ignaris, ovibusque sana
Pascua monstrat.
Deinde grandævus, Synodis coactis,
Instruit mores, fugat insolentum
Dogmatum noctem, pia Regna fausta
Luce secundat.
Funditus, serpens Ariana pestis
Corruit: lætos Fidei triumphos
Gens videt, gaudens: studiosa rursus
Damna repellit.
Pòst, diem mortis notat: imminentes
Præmonet Mauros. Reprimit flagella
Conditor, donec statuat fidelem
Æthere servum.

Epigramma.

Depulit errores pius Isidorus Iberûm,
Amissamque libris, reddit & ore, Fidem:

Inst

Instruit Hesperios, constanter protegit, arcet
Hunc quoque de nostris dogmata falla plagis.

V.

S. VINCENTIUS FERRERIUS, C.

Hymnus.

Magnum monendô Judicij Diem,
VINCENTIUS fert proficuos metus:
Surgunt viri, linquunt scelesti
Crimina, damna timent futura.
Ergò, potentî voce rebellia
Hic corda Cœlo subiugat, atrahit:
Mauros domat, vincitque duros
Isacidas, sociatque Christo.
Hic ludit astus Dœmonis, & dolos:
Hic tuta Christo servat Ovilia:
Falsumque Papam præcavendo,
Verus, agit, rutilet Tiarâ.
Ut luce terras Sol replet, & fovet:
Sic iste vitæ moribûs, oreque
Clamante Cœlum, lustrat orbem;
Et tenebras, nitidus, repellit.
Has ille dotes obtinet impigrâ
Virtute: semper carnibûs abstinet;
Et lucum firmus recusans,
Lanificum gerit indumentum.

Epi-

Epigramma.

Divinum rutilat fulgur VINCENTIUS ille,
Ardentes olim qui dedit ore ſonos:
Contremuêre Erebi, tremuit quoque terra, ſonabat
Dùm vox, Judicij cea tuba magna foret.

VI.

S. CÆLESTINUS, PAPA.

CÆLESTINUS adeſt, cohibens qui Neſtoris auſus,
Inter oves, Pelagi, te, monet, eſſe lupum.
Epheſus egregios recipit fauſtiſsima Patres,
Conciliòque Fides, hoſte cadente, viget.

VII.

S. EGESYPUS, C.

EGESIPUS ovat, Populi qui geſta fidelis,
Præſidium ſeris; providus Urbe notat:
Exemplis trahit ipſe ſibi roburque, animumque:
Eſſe cupit, ſanctis quod placet Hiſtoriis.

VIII.

S. DIONYSIUS, Epiſcopus Corinthi.

Magna tibi fuerat, DIONYSI, gratia fandi,
Et Chriſti Gregibus paſcua voce paras:

Paſ-

Pastores vigilent, scriptis hortatis, id ipsum:
Flectere corda Deo, gloria tota fuit.

IX.

S. MARIA CLEOPHAS.

Associans Matrem gemebunda MARIA CLEOPHAS;
Quam Christus subijt, fletque, refletque necem;
Attamen, ut pœnas vidit, videt illa triumphos,
Quos pius, exactô funere, Christus habet.

S. CASILDA, V.

Filia mitis adest sævi CASILDA Canonis;
Edita de spinis, ut rosa blanda, fuit:
Quos Pater in vinclis torquet, pia subvenit aurô;
Dedita tota Deo, vertice montis obit.

X.

S. POMPEIUS, M.

Mortem nil metuens, cervicem tradidit ensi
POMPEIUS, surgens dùm cadit, astra rapit:
Censuit ille mori lucrum, sufferre labores,
Et fuit omne decus, nomen & omne fuit.

XI.

S. LEO MAGNUS PAPA.

Hymnus.

Suavî Leo dulcedine
Delectat, & Mundum docet:
Qui scripta volvat mellea,
Ardebit igne Cœlicô,
Orbem fugacem negliget,
Fulgebit, astris celsior.
Ast ille, rugitu gravis,
Pios timores incutit.
Lux hæc nitore nubila
Expellit, arcet: lubricam
Noctem fugat, promit diem:
Virtutis illustrat vias.
Dei flagellum se vocans,
Plebes fideles Attila
Invadit, urit, diripit:
Urbemque sanctam dùm petit,
Ut clade plectat asperâ,
Leo refrœnat, & domat.
Hic Genserico suaserat,
Ut abstineret cœdibûs,
Ut igne parcat blandior.
Synodîs vocatis, Hæ eses
Perdit, venena subtrahit,
Gregem tuetur sedulus.

Sanctis refulget moribus,
Libris, & ore, dirigit,
Decreta fancit inclyta,
Divitque Templa constrúit,
Ut tot triumphis emicet,
Navem regit diutius.

Epigramma.

Pascua Christiadûm Populo LEO, nomine Magnus,
Sana dabat, fulgens splenduit Orbe pharus:
Euthychem damnat: ferus Attila territus eius
Voce, statim sancta retrahit Urbe pedem.

XII.

S. VICTOR, Cathecumenus, M.

Nondùm VICTORI Baptismi gratia fusa,
Et iam, Christe, tuam promovet Orbe Fidem.
Thura negat Statuæ, commentum fictile ridet,
Et tenet, effuso sanguine, Regna Poli.

XIII.

S. HERMENEGILDUS, M. Princeps Hispaniæ.

Hymnus.

Canimus dignas Principe palmas,
Voce triumphos vehimus celsos,
Atque coronas, & decus amplum,
Quò nitet, Arcis solio regnans.

Ille caducum reſpuit aurum;
Nihilô ducit nobile ſceptrum,
Nihilô vani gaudia Mundi,
Nihilô fluxam vivere vitam.
Fidei ſervat dogmata puræ:
Hanc tenet imô pectore firmus:
Non Pater illam, minitans mortes,
Potuit ſanctô vellere corde.
Iugulum mittit fortiter enſi,
Non pavet iras, non timet acrem
Rabie Patrem. Cupit atrocî
Cæde ſupernas ſcandere ſedes.
Stabilit Regnum Fidei vallô,
Moriens, Princeps: indè rigata
Principe tellus ſanguine Ibera,
Gerit excelſos Orbe triumphos.

Epigramma.

Ad Patris imperium feralî cuſpide cæſus,
HERMENEGILDUS fata ſuprema ſubit:
Martyr obit Princeps: hinc, Principe ſanguine tincta,
Principibûs tellus floret Ibera pijs.

XIV.

SS. TIBURTIUS, VALERIANUS, & Maximus, MM.

Cæciliæ, pia trina Phalanx, vehis Urbe triumphos,
Dûm Jovis exhorres, thura adolere focis:

Præ-

Præcidit gladius: sequitur mox turba Ministrûm:
Plaudit amica Crucı, quæ prius hostis erat.

XV.

S. INDALETIUS, Episcopus, M.

Hâc INDALETII festivâ in luce triumphis
Plaudimus, & gratô pangimus ore melos
Ille Fide nostros errores depulit olim:
Hinc adeò tellus servat Ibera Fidem.

S. ANASTASIA, Discipula Apostolorum.

Pergebat superas celer ANASTASIA metas;
Carmina nec cessat pangere lingua Deo:
Indè pedes scindunt, dulcis quoque lingua secatur;
Ut canat, & Cœlo curritet, ense cadit.

XVI.

S. THURIBIUS, Episcopus Asturicensis, C.

Hymnus.

Quas alma Christi Passio
Oras sacravit; advena
Fervens petit THURIBIUS;
Gustoque fulget mysticus.

Summum Leonem Præsulem,
Reversus indè, convenit:
Venitque mox Hispaniam,
Ut lustret, & firmet Fidem.
Sanat Puellam Regiam,
Multosque curat debiles:
Iras refutat æmuli,
Prunasque portat linteô.
Præsul, regens Asturicam,
Fandit latentes Hæreses:
Et amne mox Palentiam,
Jussis rebellem, subiugat.
Sacris Fidem Comitiis
Cœcô venenô liberat:
Suadet, vigil, Pastoribus,
Oves guvernent cautiùs.
Ergò, labore flaccidus,
Instare mortem percipit:
Virtute florentem, Deo
Libens litavit spiritum.

Epigramma.

Is Solymas, trahis indè animos, viresque, THURIBI,
Hæresis ut, Patriam quæ domat, arma domes:
Pastores reparas ipsos, Synodîque coactîs,
Hostibus & trepidis, emicat alma Fides.

S. GRATIA (vulgò) ENGRATIA, M.

Pertulit atroces pro Christo GRATIA pœnas,
Dumque magis perfert, fortior acta, viget:

Pro

Pro nobis, ò Virgo, roga; dicemus & ipsi,
Gratia cùm fiat: Nomen & omen habes.

XVII.

S. ANICETUS, PAPA, M.

Cæsariem Clero prohibes, ANICETE, caduca
Ut spernat, terram respuat, astra colat:
Asseris exemplis, quæ das mandata: cruore
Pro Christi fusò Nomine, spernis humum.

XVIII.

S. GALDINUS, Episcopus, C.

GALDINUS sermone hostes, quos Hæresis armat,
Increpat; at moritur, mox ubi verba dedit:
Qui fudit sanctas adeò de pectore voces,
Humanos (decuit) non iterare sonos.

XIX.

S. TIMON, Diaconus, M.

Fax Evangelij fueras, doctissime TIMON,
Monstrastique viris, buccina sancta, Fidem:
Hinc sibi vult Christus similem: te flamma veretur;
Et fixus, moreris, ceu Deus ipse, Cruci.

XX.

S. AGNES MONTEPOLICIANA, V.

Eximias abdis dotes, spectabilis AGNES,
Vis, procul à turbis, vivere tota Deo:
Sed tamen Omnipotens celebrem te publicat Orbi,
Cui, dat, prodigiis sis quoque profcua.

XXI.

S. ANSELMUS, EPISCOPUS.

Hymnus.

Primâ juventâ moribûs,
ANSELME, fulgescs postmodùm
Rapiebat Orbis; sed Deus
Vijs reducit pristinis.
Ut Cœnobitas instruas,
Ex retibus terræ fugis:
Lenis sodales invidos,
Pronique, tandem, diligunt.
Fis Præsul, ut mores regas,
Et insolentes reprimas:
Exul recedis strenuus,
Sedique rursus redderis.
Devotione Virginem
Laudas, coliscque multiplex:
Fletusque Christi Passio
Ex corde vellit intimo.

Pau-

Pandis modum Doctoribus,
Ut digerant scientias:
Methodôque traddant clariùs;
Et, præparati, protegant.

Epigramma.

Fulgentes sparsit radios ANSELMUS in Orbem;
Doctrinæque sacræ pabula multa dedit:
Hôc Doctore olim Sanctis fuit Anglia dives;
O modò det veteri pascua sana Gregi!

XXII.

SS. SOTER, ET CAIUS, PAPÆ, MM.

Ne SOTER, officiô fungatur fœmina thuris,
Constituit: Templô blanda pericla fugat:
Perque Gradus varios conscendant Presbyter aras,
Sancivit CAIUS: Martyr uterque migrat.

XXIII.

S. GEORGIUS, M.

Tormenta exantlat, scanditque GEORGIUS astra
Et movet exemplo vincere sæva viros;
Ille necem pro Christo haurit, robustus; & acre
Martyrium cordi jubila mille parit.

S.

XXIV.

S. SABBAS, DUX, M.

Sartago cedit candens, fax nulla cremando
Vim tenuit; SABBAM territa flamma fugit.
Truditur in fluvium: quæ sunt incendia corde,
Dùm perimunt, gelidis multiplicantur aquis.

XXV.

S. MARCUS EVANGELISTA.

Hymnus.

Quod ore Petri audiverat,
MARCUS libellis adnotat:
Actusque Christi Gentibus,
Scriptor fidelis, exhibet.
Mox plantat Ægyptò Fidem,
Mores pudicos conserit:
Et Plebs caducis commodis
Præfert salutis munera.
Cunctis manent communia
Terrena dona: pauper est
Vel nemo, vel cunctos fames,
Cunctos ve egestas confecit.
Pax unit omnes candida:
Sunt charitate compares:
Abscedit hinc contentio:
Rixæ recedunt lividæ.

Po-

Populum beatum prædicant
Gentes ve ipſæ, talibûs
Qui moribûs ſe comparant:
MARCUS Magiſter extitit.

Epigramma.

Iſte Leonis habens ſpeciem, ſacramque Quadrigam
Æthere comportans, Fulguris inſtar abit.
Acta notans Chriſti, Chriſti ſimul uritur igne:
Suſtinuitque necem pro ſubeunte crucem.

XXVI.

SS. CLETUS, ET MARCELLINUS, Papæ, MM.

Presbyteros creat Urbe CLETUS, chartiſque ſalutem
Nuntiat abſenti, quem regit, ille Gregi:
MARCELLINE, dijs, timidus, fers thuris honorem:
Mox gemis, & fusô ſanguine, culpa ruit.

XXVII.

DOMINICA III. post Pascha;

PATROCINIUM S. JOSEPH.

Hymnus.

Summi Parentis Filium
JOSEPH amicit, educat,
Alit, gubernat, dirigit,
Longèque portat exulem.
JOSEPH pudicam Virginem,
Sponsus fidelis, protegit,
sustentat; ac, industrius,
Vestes labore comparat.
Cœli regentem machinam,
Pronum tuetur subditum:
Sibique, Reginam Poli
Parere, miratur, stupens.
O fauste JOSEPH! quem tuus
Favor clientem respicit,
Nullis domatur hostibus,
Triumphat in periculis.
Huius vocate gratiam,
Hunc sæpe, mortales, Virum
Rogate: cedent crimina,
Cœloque virtus inveher.

Epigramma.

Dulce *Patrocinium* JOSEPH quicumque sit æger,
Quæritet, inveniet dulce refrigerium:
Ille iubet Christi laribûs: Pater ille vocatur
Numinis: est illi credita gaza Dei.

S. THURIBIUS MOGROVEJO, Episcopus Limanus.

Hymnus.

Limani canimus Præsulis inclytos
Fastus, & Fidei pangimus anchoram:
Prætulsit Gregibus lumine creditis,
Ardens igne, THURIBIUS.
Hic scortum, juvenis, defugat impiam:
Hic Mundum vacuum censet, & improbat.
Veras divitias quærit in Æthere,
Doctis forma sodalibus.
Quæsitor, Fidei jura re uperat:
Invitus vehitur conspicuò Thronô:
Et, soli similis, lustrat Americam,
Noctem lucibûs amovens.
Proteustos Populos visitat, impiger;
Sacrôque innumeros Chrismate roborat:
Et Cœlo monitis pectora dirigit,
Zelò ftenuus anxiô.

Fit

Fit præsens miseris pauperibus salus:
Ægros ære levat, voceque recreat:
Ædes Virginibus construit inclytis:
Castas pellicibus Domos.
Hic Clero rutilat regula moribûs:
Doctrinæ Juvenes lucibûs imbuit.
Dùm commissa, vigil, visit Ovilia:
Servum Cœlipotens rapit.

Epigramma.

Pauperibus pius, & clemens, hâc luce, THURIBI,
Fulges Prælulibus semita tuta piis:
Horrendis tenebrîs nigrebat America quondam:
Nunc, tamen, à tanto lumine pulchra, nitet.

XXVIII.

S. VITALIS, M.

Post victum equleum, foveam demersus in altam,
VITALIS, saxis obrutus, astra subit:
Roborat hic medicum, ne Christum deserat: æstu
Jactatus fallax flumine Mysta perit.

XXIX.

S. PETRUS MARTYR.

Hymnus.

PETRUS probatur malleus Hæresîs,
Recens molestos dans Patruo metus,
Dùm vôce declarat tenellâ
Symbola, quæ didicit scholaris.

Nec

Nec Patris horret, nec Patrui minas;
Audax, receptam magnificat Fidem;
Ardens futuros mox triumphos,
Sacra bibit documenta, solers.
Mundi cavendo callida retia,
Claro trophœîs, se vovet Ordini:
Carnem domat, nutritque mentem,
Regna, vigil, meditans superna.
Sermone terret corda rebellia;
Turbæ loquentem protinus ambiunt;
Aft Hæresim maiore nisu
Debilitat, subigitque, pugnax.
Tunc hæc, furoris toxica proferens,
Caput feroci cuspide dividit,
Mucrone configit latusque,
Morte Fidem recitantis almam.

Epigramma.

Hæreticos turbare PETRUS, puer, incipit; olim
Utque magis turbet, comparat arma libris:
Bella, vir, agglomerans, subigit, robustior, hostes;
Et fuit in pugnis ultima palma mori.

XXX.

S. CATHARINA SENENSIS, V.

Hymnus.

Jejuniis, & febribûs,
Et Dœmonum certamine,
Magnô SENENSIS nomine
In Orbe toto promicat.

Præ-

Præter cibum, quem Conditor,
Tradit redemptis Gentibus:
Tres illa menſes circiter
Paſtis caducis abſtinet.
Medetur ægris, Dœmones
Præſsô fugat de corpore:
Huic quinque Chriſtus ſplendida
Signat nitore vulnera.
Hæc mitigat Provincias,
Hæc pace ſedat turbidos:
Summumque Romanam, facit,
Urbem redire Præſulem.
Legatione fungitur;
Et commodis Eccleſiæ
Intenta, cunctis utilis,
Futura multa præmonet.

Epigramma.

Tartareos CATHARINA dolos eludit: ut unam
Vinceret hanc Dœmon, retia cuncta parat:
Pontificum Legata, Italas placaverat urbes,
Alma Deo ſanctis moribus, alma viris.

*** *** *** *** *** *** ***

MA-

MAIUS.

I.

SS. PHILIPPUS, ET JACOBUS, AA.

Hymnus.

GEntes PHILIPPE, te vocant,
Christum videre quæ volunt;
Notantque, quàm præ cæteris
Tollat Magistri te favor.
Cùm vellet hic abstemias
Turbas eremò pascere,
Escas daturus, te rogat:
Sint undè mercandi cibi?
Vincis Scythas, vincis Phryges,
Crucisque Regno sugjugas:
Te comparem Christus facit,
Dùm morte sustollit Crucis.
Justus JACOBUS nomine
Vocatur: hunc tubæ colunt;
In Sancta Sanctorum, licet,
Intrare soli, dùm libet.
JESUM sed ille prædicans,
Templi superno de loco
Jactatur, & fullo caput
Sævo retundit stipite.
Ignoscat ut culpam reis,
Deum benignus supplicat;
Dùm decidit, clementiæ
Sustentat exemplò Gregem.

Epigramma ad S. PHILIPPUM.

Invexit Scythiæ Christi vexilla PHILIPPUS,
Affixusque, subit fata suprema, Cruci:
Crux dabat angores: eadem tormenta subire,
Quæ Dux sustinuit, gaudia mille dabat.

Ad S. JACOBUM.

Vertice deijcitur Templi, tunsusque JACOBUS
Fuste perit Solymîs, victor ad astra volat:
Et, quò plùs Hominem populi reverentia tollit,
Plùs tollit Christum, quod dabat ille, decus.

II.

S. ATHANASIUS, Episcopus, & Doctor.

Hymnus.

Arij domas deliria,
Facunde Doctor; sed gravant
Hostes, ciente Dœmone,
Jugîque vexant prælio.
Commenta pandit Hæresis
Arsenius sospes: notat
Et impudentem fœminam,
Alter, Timotheus, creditus.

Noj

Non ira cedit hostium:
Cisterna sicca contegit:
Tumulò paternò clauditur,
Donec procella diffluat.
E sede crebrò pellitur:
Throno subindè redditur:
Retròque cymba navigans,
Hostes sequentes decipit.
Quid proficit cœcus furor?
Tot inter hostes subdolos
Servatur iliæsus: suò
Moritur quietus lectulò.

Epigramma.

Audaces frænat pius ATHANASIUS hostes,
Impavidusque libris, servat & ore, Fidem;
Exul in externas crebrò depellitur oras,
Et redit, & patiens plurima, semper ovat.

III.

INVENTIO S. CRUCIS.

Hymnus.

Inventa, exhilarat corda fidelia,
Defossa, opprobrij Crux sacra culmine;
Portentis rutilat, sectaque frustula
Accrescunt magis in dies.

At ſanata Crucem fœmina denotat,
Quæ Chriſtum tenuit : ſupplicium reis
Ceſſat deindè Crucis ; quin potiùs trahit
Regum pectoribus decus.
Hoſtiles acies, viſa per aëra,
Vatans, Chriſtigenis bellica militat:
Hinc Princeps avidè condecorat Crucem,
Hinc celſos fabricat Thronos.
Quiſquis præſidium quærit in arduis.
Quiſquis naufragium criminis extimet:
Quem morbi cruciant: pauperies premit:
Vitalem memoret Crucem.
Hæc lux in tenebris, hæc via Regia,
Cœlo ſcala patens, militibus ſchola:
Mœſtis perfugium, pernicies ſtygis,
Et Mundi ſtatilis ſalus.

Epigramma.

Fulgida CRUX hodie Cœlô comparet apertô,
Fixaque vexillîs, agmina ſancta juvat:
Clauſa diu foveâ, reperitur, & allevat ægros:
Et dedit hæc Elenæ gaudia fauſta Fides.

S. ALEXANDER, Papa, M.

Aquæ benedictæ. Mandat ALEXANDER luſtralis fluminis uſum,
Dœmonis ut turum damna cubile fuget:
Ordinat, Altari quæ ſint ſacra dona ferenda;
Et vehit, & decorat, laurea Martyrij.

IV.

IV.

S. MONICA, Vidua, & Mater Divi Augustini.

Hymnus.

MONICAM rebellem Filium
Christo trahentem, pangimus:
Hæc jure laudum munera
Ex ore poscit omnium.
Senem Maritum pertrahit
Ad sana, tandem, Dogmata:
Viduæ statu relplenduit,
Ut antè fulsit Conjugis.
Natum vagantem sedula
Sectatur oras disitas:
Donec recedit à Fide,
Planctu dolente fluctuat.
Ut conveniret melleum,
Instabat illa, Præsulem:
Hunc Natus audit, & Fidem,
Crebrò repulsam, suscipit.
O fausta Mater! Plaudimus
Partos triumphos. Tu simul
Omnes, domandò Filium,
Hostes domasti Ecclesiæ.

Epigramma.

Ad lachrymas MONICÆ temnens dictamina falsa,
Filius ad Christi pascua tuta redit:

Discite de culpis prolem removere, parentes:
Cura patrum genitos non finit esse malos.

V.

S. PIUS QUINTUS, Papa, C.

Hymnus.

Pastor vigil, Dux inclyte,
Quem zelus urit igneus,
Quò dirigente, Ecclesia
Victîs triumphat Hostibûs.
Salve: fideli carmine
Gratamur omnes. Tu Fidem
Extollis almîs moribûs,
Fortî tueris pectore.
Tu jura sanctæ Ecclesiæ
Contra Potentes protegis:
Piôque junctô fœdere,
Sævum Tyrannum conteris.
Sermone tu flectis viros,
Foves egenos, prodigus:
Sacrosque ritus provehens,
cultum perauges Numinis.
Ut plura deatur præmia,
Morbi dolores asperi
Suffers quietus, & Deo
Ignita cædis victima.

Epi-

Epigramma.

Blandâ voce pij Pius hic Leo rugit anhelus,
Ut, constans animô, servet Ovile Dei.
Illustrat, Soli similis, fulgoribûs Orbem:
Barbara castra domans, liberat, hoste Greges.

CONVERSIO S. AUGUSTINI, Episc. D.

Hymnus.

Dive, quid vanos coluisse plausus,
Carnis aut fraudes, fatuum ve nomen,
Proficit? Cedunt peritura: passim
Morsque minatur.
Tollit ignaros amor in superna
Regna, crudelî retrahit gehennâ;
Littera at, culpîs maculata, opacîs
Fluctuat umbris.
Quod valent blandi pueri, frequenter
Quodque sectantur teneræ puellæ,
Posse, quid, segnis, dubitas? Volentes
Gratia firmat.
Ecce, te Cœlum vocat; ut libellum,
Sacra dictantem, relegas, suadet:
Fax eris Mundi rutilans, dolosas
Vince tenebras.
Ergô, serviles abigens catenas,
Liber in Cœlum volat; & caduca
Respuens, JESUM sequitur; deinceps
Huic dat amores.

Epigramma.

Ut foret AURELIUS lux splendida, mittitur Orbi;
Verùm lux nebulis abditur ista diu:
Vôx fugat Ambrosij nebulas, & nube repulsâ,
Nunc tota AURELII lumine terra micat.

VI.

S. JOANNES ANTE PORTAM-LATINAM.

Hymnus.

Fervente flammis doliô,
Olcôque ab igne torridô,
Amor JOANNIS in Deum
Probatur; &, vincens, ovat.
Calicem Magistri strenuus
Forare pergit; nec timet,
Uri liquore flammeô:
Amor timorem defugat.
Ex igne prodit purior;
Non efficit flammæ rigor;
Non ignis hunc lasciviæ
Combusit unquàm Virginem.
Ignis JOANNEM pertimet,
Non ausus est exurere:
Perusit antè Charitas;
Nil, quod cremaret, invenit.

His

Hic Charitatis ignis est,
Ignes beatos suggerit:
Non flamma flammam destruit,
Non ignis ignem devorat.

Epigramma.

Charus Discipulus, calicem bibiturus acerbum,
Testâ olei accensi mergitur, ut pereat:
Sed vires olei superantur amore JOANNIS,
Urendique oleum pectoris urit amor.

S. JOANNES DAMASCENUS, C.

DAMASCENE, manu fingis Simulachra, peritus,
Et facis, ut statuas elevet Ara pias:
Quam tortor scindit, Virgo charissima dextram
Reddit, ut Effigies construat illa novas:

VII.

S. STHANISLAUS, Episcopus, M.

Hymnus.

Cassus hic, libidinem,
Diù domantem Principem, domâre
Instat, atque consulit.
At ille justis Præsulis resistens,
Durior protervià,
Malum malo novavit virulentus.

Pa-

Pagus, ecce, venditus,
Et ritè nummi protinus soluti:
Æstuat calumnia;
Tristes pavent testes, silentque verum:
Scripta nulla comprobant;
Preces, proindè, Præsulis jacentem,
Mortuum triennió,
Petrum sepulchrô suscitant, Senatum
Vivus itaque Regium.
Stetit; monet, Pagum statim solutum.
Omnibûs stupentibûs,
Furor scelestus Principis salutem
Rejicit tenaciter.
At urget dirîs Præsul, atque cœtû
Amovet Fidelium.
Superbus ille, stultiùs furescens,
Cœde tentat horridâ
Perire, vitam qui dabat monendo.
Miles atque, tertiò
Repulsus, illum non valet necare.
Tunc, furore percitus,
Trucidat ipse Rex manu cruentâ,
Dùm litabat Hostiam.
Resecta membra morsibûs ferarum
Acris ales eripit.
Nitore clarent cœlicô: reperta
Colligunt fideliter;
Suis locis se copulant & illa.
Nulla signa vulnerum
Pium Cadaver denotant promptum.

Epi-

Epigramma.

Inclyte, portentis rutilas hâc luce, STHANISLE,
Qui morte exesum surgere voce facis:
Hic pagum perhibet, servatô jure, coëmptum:
Præsulis at jugulum Rex ferus ense secat.

VIII.

APPARITIO S. MICHAELIS, Archangeli.

Hymnus.

Cum Gentes MICHAEL, dulcis amoribûs,
Defendat, dociles quæ recolunt Deum:
Hunc nos, gratifici, psallimus Angelum;
Custodem canimus pium.
Hic olim Populos ejt tuitus vigil,
Qui vexêre Dei, signa medullitùs:
Hic nos Christicolas hostibûs eripit:
Promptus protegit, & regit.
Ergò, dùm foveâ taurus in abdita
Hærebat, jaculô cædere qui cupit:
Telum retrogradum cernit, acutaque
In se vertere spicula.
Abscedit pavidus, visaque nuntiat;
Jejunusque preces fert Populus Deo.
Gargani superant culmina, mox specum
In Templi specie vident.

Hic

Hìc Præſul Domino myſtica conſecrat:
Tutelâ MICHAEL condecorat locum:
Cives, lætificîs plauſibûs æra
Mulcentes, celebrant Deum:

Epigramma.

Quid MICHAEL, terres homines redeunte ſagittâ?
Blandus es, & largus, dans bona, damna caves:
Qui priùs exterres, mox fis dulciſſimus: Ædes
Poſcis, ubi noſtris ſis medicina malis.

S. VICTOR, M.

Cædere te, VICTOR, palîs, plumbôque liquatô,
Aggreditur tortor; nil, tamen, illa nocent:
Obſtupuit, timuitque dein certare duellô;
Enſe jubet perimi, ne magis ipſe domes.

IX.

S. GREGORIUS NAZIANZENUS, Ep. D.

Hymnus.

Doctus, diſertus, eloquens,
Pius, benignus, innocens,
Scriptîs libellîs optimîs,
GREGORI, doces, & inſtruis.

Hìc

Hic luce doctrinæ, gravis
Sermonis & facundiâ,
Inter vetustos emicans,
Nomen Magistri vendicat;
Romam recentem liberat
Hic Hæresum contagiô:
Fidem tuetur pervigil,
Ariumque damnat impium;
Illi, tamen, quod debuit
Caulare amorem civium,
Exsuscitavit invidos;
At sponte cessit muneri.
Humilis recusat infulas:
Rursî libros componere,
Sacrosque versus, complacet;
Meritîsque plenus, interit.

Epigramma.

Accipias, GREGORI, versus, qui versibûs olim
Mystica panxisti, dulcè sonante lyrâ:
Mirè doctus erat, liquidò testantur Athenæ;
Sed magis enituit moribûs ille piis.

X.

S. ANTONINUS, Episcopus.

Hymnus.

Ardenter almum confugit Ordinem,
Astura Mundi retia devians,
Hic Divus, & Cœli coronas
Arripiens, juvenis, triumphet.

Dum

Dum parvus exiat corpore, ſpiritu
Excellit altò ſydera; nec domat
Audax timor pectus; ſed ipſe,
Fortior, hoſtica ſternit arma.
Corpus flagellis debilitat, cibi
Parcus: ſciendo tempora deſtinat;
Libriſque tantùm fit Magiſter:
Sic radiis pia mens refulſit.
Quæſitus, arcet, ſobrius, Infulas;
Juſſuſque, honores ſuſtinet inclytos:
Zelò Gregem ſervat, lupoſque,
Impiger, effugat ex Ovili.
Sermone mores inſtruit; emicans
Et Solis inſtar, condecorat viros:
Mortemque, gaudens, haurit; altè
In Cruce, Chriſte, tua quieſcens.

Epigramma.

ANTONINUS adeſt vir dictus Conſiliorum,
Regula Paſtorum, Chriſtiadûmque decus:
Hic zelò, pietate viros, ſermone, libriſque,
A culpis removens, ad juga ſancta trahit.

SS. GORDIANUS, ET EPIMACUS, MM.

Quâm benè GORDIADES, exerces Judicis æqui
Munera, Presbyteri dùm pia verba capis!
Uritur EPIMACUS, perpeſſus vincula. Romæ
Nunc eadem amborum corpora crypta tenet.

S.

XI.

S. ANTIMUS, Presbyter, M.

Præsbyter ANTIMUS rapidum jactatur in amnem;
Quòd, Cœli præco, ſpicula voce vibret:
Angelus è fluvio rapuit; tamen, enſe reiectum,
Libamen Domino, tradidit ille caput.

XII.

S. DOMINICUS CALCEATENSIS, C.

Hymnus.

Vitâ cupis Monaſticâ
Placere, Dive, Numini:
Paſſus repulſam, deviâ
Dies eremò tranſigis.
Legatus Urbe venerat,
Juvare mœrentes Plagas:
Hunc tu Magiſtrum ſeligens,
Virtute mirè proficis.
Ductore, tandem, mortuô,
Deſerta rursùs demigras:
Ubi, fugacis ſæculi
Oblitus, aſtra percolis.
Hìc, ut Jacobum viſitent
Ex Orbe totò ſupplices,
Planat vias, pontem ſtruit,
Siccat paludes rudere.

Pius

Pius receptat hospites,
Templumque salvanti Deo
Condit : vocata nomine
Divi, locô nunc Urbs viget.

Epigramma.

Virginis hic, Mundi fugiens commenta, sacellum
Incolit, & totus Cœlica mente colit.
Indigenam, Jacobe, tuas qui visitet Ædes,
Hic fecit, planas tutiùs ire vias.

SS. NEREUS, ACHILLEUS, DOMITILLA, ET PANCRATIUS, MM.

Dulcis amor vitæ; tamen hanc contemnere, fecit,
Vos amor, incendens dulcius, alma Phalanx:
Delectant tormenta animum: juvat, ire per enses;
Et juvat, atroces mille vorare neces.

XIII.

S. PETRUS REGALATUS, C.

Hymnus.

Ætate, PETRE, flexili
Vitas coævos parvulos:
Et abditus recessibûs,
Totus vacas cœlestibus.

Amore

Amore captat castitas:
Corpus flagellis subjugas:
Te vota, te jejunia,
Te Crux gubernat jugitèr.
Mundo, libens, renuntias,
Ne fortè fraudulentiâ
Cor nectat: &, cautus, piô
Portum requiris ordine.
Novas rigores pristinos,
Regina Paupertas rapit:
Hanc, ut sequaris strictior,
Lætus labores devoras.
Præsul, regis prudentiâ,
Simulque amore, subditos;
Hos charitate confoves:
Austeritate te premis.

Epigramma.

Effugiens cœtus, latitansque recessibus, annis
In tenerîs PETRUS, sydera mente colit:
Paupertatis amans, virtutem extendit amatam,
Fratribus ille præit regula viva suis.

S. SECUNDUS, Episcopus, M.

Ardua perpessus, Fidei vexilla SECUNDUS
Explicat, Hispanos ad juga sacra trahit:
Mox Abulæ Sedem stabilit, Populosque frequentes
Imbuit exemplis, & simul ore docet.

XIV.

S. BONIFACIUS, M.

Pœniret impuræ vitæ, Tarſique videndô,
Quot ferat alma cohors, ſe dedit & comitem:
Plurima paſſus obit Martyr. Mala turba, recenſe:
Quàm dolor offenſæ proſpera lucra trahat!

XV.

S. ISIDORUS, AGRICOLA, Patronus Matriti.

Hymnus.

Curiam, totum celebrem per Orbem,
Pauperis virtus decorat Coloni:
Villicus, quondam tenuis potentem
Nunc vehit Urbem.
Hic boves olim, patiens, regebat,
Movit & glebas, ſecuit ligone:
Hunc colunt flexô modò præpotentes
Poplite Reges
Pœna peccati minùs hunc fatigat;
Quippe, dùm Templîs requieſcit, orans:
Angeli Cœlô veniunt, aratrô
Scindere terras.
Arva Matriti nimis ô ſecunda!
Lucè Cœleſtûm renovata dextrîs!
Indè virtutum referent frequenter
Germina Cœlo.

Eli-

Elicit fontem ſtimulò perennem,
Qui ſitim quondam medicans herilem;
Nunc fugat febres, relevat dolentes,
Robora firmat.

Epigramma.

Excelſos addit Matrito ISIDORUS honores,
Quod micat Agricolæ Corpore rite ſui:
Diſcite, mortales, quàm virtus evehat! amplum
Sumit ab Agricolâ curia tanta decus.

S. TORQUATUS, Epiſcopus, M.

Hymnus.

TORQUATUS, Acci gloria,
Noſtræque laus Hiſpaniæ,
Hâc luce charas recreat
Oras beatis gaudiis.
Cœtu piò ſodalium
Gentes domare barbaras
Hùc venit; & miraculis,
Ac ore doctò, dimicat.
Bacchantur illæ, dùm vehunt
Honore cœca Numina:
In Hoſpites ſævus furor
Effervet, & mortes parat:
Feri ſequuntur accolæ;
At pons, repentè corruens,
Simul receptos opprimit,
Paventque caſu, ſoſpites.

Tunc Advenas, blandi, vocant:
Colunt Fidem, quam nuntiant;
At prima fert Luparia
Datæ salutis munera.

Epigramma.

Ad vexilla Dei validos adducere Iberos,
Hic venit: intentat gens furibunda neces:
Concidit at subitò pons ingens: opprimit hostes;
Suppliciò parvidi, suscipiuntque Fidem.

XVI.

S. JOANNES NEPOMUCENUS, M.

Hymnus.

Præco JOANNES Cœlicus
Clamore turbat perfidos:
Nec sustinet, lædi Deum,
Zelus perurens viscera.
Regina, quæ virtutibus
Instabat ardens, seligit
Hunc, ut supremò vertice
Perfectionis collocet.
Hanc confitentem liberat
A labibus, si quæ gravent:
Multùm suasu proficit
Regina sanctis moribus;

Rex

Rex vult levis dignoscere:
Quas illa noxas detegat?
Minister, imperterritus,
Justis resistit impijs.
At Rex, furore percitus,
In flumen illum proijcit:
Stellæ cadaver publicant:
Dignô sepulchrô conditur.

Epigramma.

Corde NEPOMUCIDES, sanctè sibi dicta reservat;
Labitur hinc cœcam Rex ferus in rabiem:
Deijcit in flumen: Stellis nitet amne Cadaver:
Hunc roget oforis quem vafra lingua nigret.

S. UBALDUS, Episcopus, C.

Virginitatis amans, UBALDUS in Urbe relucet;
Hausit, magnanimus, qui fera probra diu:
Affectu, mitis, crudos amplectitur hostes;
Imperiôque potens, Dœmonas exagitat.

XVII.

S. PASCHALIS BAYLON, C.

Hymnus.

PASCHALIS, annîs parvulus;
Signat futuram gratiam:
Protendit, olim lucidîs
Qualis vigebit moribûs.

Gregum datus custodiæ,
Prudens, disertus, eloquens,
Inter coœvos aspera
Brevi serenat jurgia.
Ruri, procul tumultibûs,
Qui vixerat gratus Deo,
Ut sanctitate crescerer,
Claustris piis se devovet.
Abjecta quæque munia
Sibi procurat, diligens:
Despectus esse in omnibus
Oblectat, est maius decus.
Hic Virginem, dulcis, colit;
Christumque in aris esurit:
Feretrò jacens, bis lumina,
Ut cernat illum, sustulit.

Epigramma.

Christiferas Epulas summô PASCHALIS amore
Prosequitur, Mensam sistit & antè frequens:
Mortuus ex feretro gelidos expandit ocellos,
Ut quoque tunc Christi Corpus adoret amor.

XVIII.
S. VENANTIUS, M.

Hymnus.

Alme VENANTI, sæpe tyranno
Sisteris audax, sæpe triumphîs
Fulgidus, Orbi gaudia præbes,
Sæpe supernis jubila Regnis.

Calli-

Callidus urget munere Præſes,
Voceque blandâ flectere certat:
Renuis vitam, dona repellis:
Placet, atroces ferre dolores.
Plecteris acrî verbere, ſtrictîs
Religant vinclîs, lampade adurunt:
Oreque versô pendulus, atrô
Oculos, nares premeris fumô.
Niveos tundant impete dentes:
Jaceris ſævo deinde leoni:
Iſteque, blandus, ſilet ad plantas:
Per loca, dumîs aſpera, raptant.
Rupe ſupinâ præcipitaris:
Raperis rursîs vepribûs: enſe
Moreris, tandem, cæſus acerbô,
Rutilus magnîs Arce trophæis.

Epigramma.

Omnigenas, avidus, pœnas VENANTIUS hauriet.
Eſt puer; at Domini vis micat in Puero.
Diſcite, mortales, perituras temnere pœnas:
Conciliet cunctos ſæva Gehenna metus.

S. FELIX CANTALICIUS, C.

Hymnus.

Agros iſte colit, gregeſque paſcit;
Hîs vitam, juvenis, piè guvernat:
Orbis retia, devius, repellit;
Carnem ſubijciens flagris cruentus.

Grandî territus, advolat, periclô
Sacras indè Domos: Deum perennî
Cultu conciliat, vocat, veretur:
In cunctos facilis, sibi tyrannus.
Fulget regula sacra castitatis:
Dulcem pauperiem vocat, sititque:
Nuptus Præsulis illico capessit:
Et virtutibûs omnibûs refulget.
Urbis Templa, pius, colit dietim:
Victum Fratribus uber atque gestat:
Justo suppeditant stipem libenter
cuncti: mantica reddit ære sessum.
Hunc laudat Carolus, probat Philippus:
Se servi manibûs locat fidelîs
Jesus ipse, Parensque blanda Jesu
Applaudit, solijs vehit supernis.

Epigramma.

Pauper es, & Dives, Felix dum despicis aurum,
Aurum te sequitur, te quoque quærit honor.
Discite, mortales, perituros temnere plausus,
Divitiasque: sinens omnia, cuncta tenet.

XIX.

S. PETRUS CÆLESTINUS, Papa.

Hymnus.

Petre, fugis technas, adolescens, Orbis & astus:
Quærisque, solus, anxiè Cœlestia,

Voci-

Vocitat hiç Divos precibus, latebrasus in antris;
At mulcet, urit igne Christus intimô.
Se pœnis cruciat, strictis premit atque catenis:
Æterna mente versans, spernit terrea.
Congregat, & Cœlo, Ductor, vocat ille sodales;
Exemplar, ante tutam præmonstrat viam.
Interea Pastore carens Ecclesia, quærit,
Ovile qui pium regat, dignum Ducem.
Tempora transibant; nec erat, quem Mitra sacraret
Suprema; PETRUS amplâ sorte tollitur.
Huic Cœli claves dantur, datur atque Potestas:
Invitus ille tantô mœret pondere.
Terret honor, sanctamque, pavet, segnescere Navem;
Eremus hœret menti, pax olim fovens.
Ergò, oneri, cedítque simul, frugalis, honori:
Et rursus almam quærit solitudinem.
Deditus hic totus precibus, colit otia sanctas;
Magnisque fulgens proditur miraculis.
Antè cubile monet Crux aëre splendida morrem:
Amat Crucem vivens, Crux ornat funera.

Epigramma.

Iste Cœlestinos formar; dùm degit eremô,
Cogitur ad Summi Præsulis ire thronum:
Pectore pòst humili supremo cessit honori;
Utque vacet Cœlis abditus esse cupit.

*** *** ***

S. PUDENTIANA, V.

Hymnus.

Juvenem Parentes mortui
Te, Virgo, linquunt orphanam,
Pulchram, decoram, divitem,
Claróque celsam stemmate.
At Mundus haud fallit dolîs,
Nec vanitate decipit,
Nec gaudiîs fugacibûs:
Prudens, caduca despicis.
Opes avitas cœtibus
Tradis, benigna, pauperum:
Famulosque crebros, Flumine
Tersos beatô, fers Cruci.
Quòd Rex prophanus abnuat,
Ritus litari publicos:
Tuîs sacrantur Ædibûs,
Quæ, dona, Cœlos recreant.
Te, nempè, Jesus appetit,
Sponsam pudicam: munera,
Quæ deferebas indigis,
Solvit suî præsentiâ.

Epigramma.

Diva, tuîs Jesus sibi collocat ædibûs aras
Non erat in toto gratior Orbe locus;
Ille tuîs precibûs, sanctôque calebat amore:
Hinc ibi fert gratos Hostia sancta thronos.

S.

XX.

S. BERNARDINUS SENENSIS, C.

Hymnus.

Ætate primâ moribus integris
Hic floret artes, despiciens Stygis:
Ac, æde clausus, mente Cœlum
Cogitat, & piece fectit uber.
Quamvis repugnet forma venustior,
Casum tuetur candida puritas:
Hôc teste, voces impudicus
Retrahit, & silet obstupescens.
Fervens egenum deligit ordinem:
Exemplar extat Fratribus illicô:
Mirantur omnes in juventa
Perpetui seriem rigoris.
Sermone, jussus, flectere pectora,
Cedit molestans gutture rau itas:
Clamore ducit corda Christo;
Terrefacit, subigit scelestos.
Perlenit acrem pauperiem stipe:
Languore pressos recreat, & levat:
Dulcîque Jesu voce sedat
Bella, truceſque viros serenat:

Epigramma.

Bernardinus adest, juvenis castissimus ille,
Quô præsente, fugit territa luxuries:
Prælulis evitat munus, sermone salutem
Fert Populis, Jesu Nomine corda domat.

CON-

XXI.

CONVERSIO S. P. N. IGNATIJ.

II. die Pentecostes.

Hymnus.

Fortis IGNATI, galeâ decorus,
Pulcher & fulvâ trabeâ, minacî
Dùm fugas hostes gladio, triumphas
Clarus ubique.

Splendor inconstans recreat, trahitque
Nominis plausus; populique, gaudet,
Ore versari, digitô notari,
Dicier: Hic est.

Inter hæc JESUS famulum vocabat
Ad suæ Plebis reparanda damna:
Militem clarum, validum, peritum,
Cœlitùs armat.

Dejicit murô, lapidisque iactu
Crura confringit. Patriamque ductus,
Ille, dùm languet, didicit superna
Vincere Regna.

Petrus indulget, medicus, salutem;
Dona fert Virgo pia castitatis:
Surgit; & bellis Socios beatis,
Signifer, aprat.

Epi

Epigramma.

IGNIE, quid vanis, satagis, clarescere bellis?
Terra brevi rapiet, quod dabit ipsa, decus:
Te vocat Omnipotens ad mystica prælia: vires
Exere, sic perpers vota replebit honor.

S. HOSPITIUS, C.

Se sæpe HOSPITIUS removet, jejunus, ab escis;
Cœcaque, vaticinans, sæpe futura monet:
Hinc populus recolit; nec vana superbia fallit;
Cura, decusque, fuit, flectere corda Deo.

XXII.

S. RITA DE CASSIA.

Et Vidua, & Conjux, multô RITA fulsit honore;
Conjugis hæc probris martyris instar erat:
Vecta manu Divùm, descendit ab aëre Claustra;
Admittunt Viduam Protinus illa piam.

XXIII.

S. DESIDERIUS, Episcopus, M.

Vult DESIDERIUS tristes avertere strages,
Quas causant Gregibus Vandala castra pijs;
At gladius jugulat; Pastoris munia complet:
Ut servet, vitam perdit, Ovile Dei.

S.

XXIV.

S. JOANNES FRANCISCUS REGIS.

Hymnus.

Multa mœrorum subiens JOANNES,
Multa pœnarum genera, & laborum,
Turpiter nugis, colaphîsque, cæsus,
Ritè triumphat.
Ardet hic Christi decus, atque nomen,
Provehi; fraudes, studet &, dolosas
Hæresîs cedant, animæque regnent
Æthere in œvum.
Hinc fame pressus, nivibûs, rigore
Solis, ærumnîs, validum vigorem
Frangit, & durus labor in juventa
Hausit amœnâ.
Non quies lenit, nisi cûm sceleſtos
Attrahit Christo: sitit hoc, & ardet.
Pauperes quærit potiùs, decoras
Et minùs Urbes.
Natus ut JESUS stabulô recumbit;
Rusticâ, accumbens paleis, JOANNES
In casa mortem subit. It, triumphis
Clarus, in astra.

Epigramma.

REGIS adest, zelô flagrans, pietatis imago;
Gloria Francorum, jesuadùmque decus:

Cle

Civibûs aſtra replet : labor hic exſiccat, & urit;
Abſque labore, tamen, vivere, pœna foret.

XXV.

S. GREGORIUS VII. PAPA, C.

Segmentîs, GREGORI, dùm neſcis ſcribere, ſcribis;
Quàm latè populos dextera deindè reget:
Mitior in juſtos, fortiſsimus obſtat iniquis:
Non homines, ſolùm pertimet ille Deum.

S. URBANUS, PAPA, M.

Ad vexilla Dei multos URBANUS in Urbe
Mittit, queis ſacro Flumine corda lavat:
In quibus expendi debent pia vota? notavit;
Ne, data pro Cœlo, munera terra ferat.

XXVI.

S. PHILIPPUS NERIUS, C. F.

Hymnus.

Ut pœnitentes expiet.
Ut Pane paſcat Cœlicô,
Oratione nutriat,
Totus, PHILIPPUS, æſtuat.

Hæ-

Hæreditatem Patrui
Amplam finit: fit Presbyter:
Facienſque ſacrum, fulgidus,
Sublatus orat aëre.
Clemens egenos adiuvat,
Stipemque donat Angelo:
Et Angelus foſſâ vehit,
Dùm pauperi portat cibum.
Qui puritatem percolunt,
Odore, purus, percipit;
At impudicos illicò
Fœtore noſcit putidô.
Fractîs duabûs coſtulîs,
Cordis ſinus protenditur;
Ne preſſus ignis ocyùs
Nimis calentem torreat.

Epigramma.

Egregius mirâ NERIUS pietate refulget,
Cœleſtîque viâ dirigit ille viros:
Fervet amore Dei, validoſque ut perferat ignes,
Cordi auget duplex coſtula fracta ſitum.

S. ELEUTHERIUS, PAPA, M.

Lætus ELEUTHERIUS; Fidei diffundier Orbe
Lumina clara videt, Regna domante Cruce.
Lucius obtinuit, luſtrari hîc luce Britannos:
Pax fovet afflictos, hoſte ſilente, Greges.

XXVII.

S. MARIA MAGDALENA DE PAZZIS, V.

Hymnus.

Votô, decennis, MAGDALA
Se castitatis obligat:
Et castitatem ladere
Quidquid valeret, nescijt.
Corpus flagellis, frigore,
Et nuditate, puniens:
Cum pane dein quinquennium;
Undâque solâ, transigit.
Favore Cœli recreant,
Arcana multa conspicit:
Tentationes arduas
Perpessa, semper emicat.
Peccata luget Gentium,
Et perditorum cordium:
Hæc pro salute publica
Tormenta suffert, innocens.
Hæc, gaudijs renuntians
Cœlestibus, solùm *Pati*
Desiderat; sed *Non mori*,
Ut plus labores hauriat.

Epigramma.

MAGDALA DE PAZZIS, Virgo clarissima, fulget;
Quę, nisi cum pœnis, tempora ferre nequit:
Dœmonis hæc fraudes mire delusit: amorque
Accelerat Sponsi funera grata sui.

S. JOANNES, PAPA, M.

Plauditur, & premitur, casu variante, JOANNES,
Dùm versant Reges impare sorte Virum:
Ut niteat veneranda Fides, sub carcere cœco
Afflictat squalor, denecat ægra fames.

XXVIII.

S. GERMANUS, Episcopus, C.

Prodigiis celebris GERMANUS fulgurat Orbi,
Cui dedit exemplis, & dedit ore decus:
Nec vanus delusit honor, nec cœca cupido,
Cui servire Deo dulcior esca fuit.

XXIX.

S. MAXIMINUS, Episcopus, C.

MAXIMINUS adest, Fidei qui jura tuentes
Accipit hospitiò, recreat obsequiò:
Illius ade cibos capit Athanasius, hostes;
Roburque acquirit, quò pia bella gerat.

S.

XXX.

S. FERDINANDUS, Rex Hiſpaniæ, C.

Hymnus.

Reſtaurat hic Hiſpaniam,
Armis ſubactam perfidis;
Faustisque victor cladibus,
Semper triumphis exsicat.
Timore Mauros concutit,
Vel voce ſolâ contremunt:
Pugnantis, & præſentium
Sufferre, non poſſunt diu.
Huic pulchra ceſsit Murcia,
Huic & vetuſta Corduva,
Diuque dives Hiſpalis
Obſeſſa, tandem, vincitur.
Granata quæsit gratiam,
Colit tributô, ſubdita;
Et Africam dùm vincere,
Excogitabat, mors rapit.
Has ille fert victorias
Zelô peruſtus Numinis:
Orationis impetu
Infida caſtra conterit.

Epigramma.

FERDINANDUS adeſt, laus inclyta Gentis Iberæ,
Cuius contrà hoſtes dextera fulmen erat.

Attrivit Mauros, quos Regnô depulit istô;
Strenuus utque fuit: sic fuit ille pius.

S. FELIX, PAPA, M.

Missarum FELIX solemnia destinat aræ,
Sub qua Martyribus structa sepulchra jacent:
Hinc sua, vaticinans, altaribus applicat ossa,
Dùm mox, exantlans funera, Martyr obit.

XXXI.

S. PETRONILLA, V.

PETRONILLA micat: Flacco si nuberet? anceps,
Supplicat in triduo: mors properata rapit:
Nempe, PETRONILLAM sponsam sibi Christus amavit:
Indignus tali conjuge Flaccus erat.

Octava S. JOANNIS FRANCISCI REGIS.

Plectendo sceleri labor est decretus in omnes;
At tibi, Dive, parit jubila festa labor.
Cùm labor exagitet, communis pœna, sit ipsa
Pœna tibi requies: pœna sit ipsa decus.

JUNIUS.

I.

S. SECUNDUS, M.

Epigramma.

IN Tybrim iacitur, ſorbendus in amne, SECUNDUS;
Immortale, tamen, contulit unda decus:
Ergò, SECUNDE, fave: tribuas nos ire ſecundè,
Servat ubi æternis Vita beata thronis.

II.

SS. MARCELLINNS, PETRUS, ATQUE ERASMUS, MM.

Quàm validos facit alma Fides, quam robore firmos,
Horum in tormentis vis animoſa notat:
Horrebat, ſpectans Judex, tortorque cruentus:
Hos pœnas inter gaudia ſancta beant.

III.

S. CROTILDA, Regina Franciæ.

Ad Chriſti vexilla trahis, CROTILDA, Maritum,
Suſceptamque Fidem mordicùs ille tenet.
Gallorum nemo Regum mox Dogmata ſprevit:
Hinc patet: ut valuit Fœmina ſancta prece.

IV.
S. QUIRINUS, M.

Stringitur à ſaxo collum; tamen, amne QUIRINUS
Denatat, & doctô prædicat ore Crucem:
Aſt ne Martyrij diadema optata deeſſet,
Dùm mergi voluit, protinùs unda vorat.

V.
S. SANCTIUS, M. Corduvenſis.

Quamvis delicijs, SANCTI, te Curia paſcat,
Pro Chriſto vitam fundere, promptus adis:
Regales inter luxus æterna tuentem
Gaudia, non capiet terra caduca dolîs.

VI.
S. NORBERTUS, Epiſc. F.

Hymnus.

NORBERTE, non te celſior
Mundi fefellit Curia
Vanum decorem reſpuis,
Opeſque linquis futiles.
Spernis nitorem veſtium,
Cinctuſque ovinîs pellibûs,
Lupos cruentos vincere,
Is, præco Cœlo frugifer.

Pul-

Pulchram Cohortem seligis:
Exemplar ipse præmicas:
Pijsque bellis instruis
Fortes vigore milites.
Præsul creatus, Hæreses
Virtute magnâ diruis;
Terres malignos, protegis
Innuptiales Cœlibes.
Petri Leonis scismata,
Romam profectus, dissipas:
Rhemisque verum Præsidem,
Synodô coactâ, nuntias.

Epigramma.

Fallaces NORBERTUS opes, faustusque superbos,
Defugit, & Christi classica tuta colit:
Ordine compositô, validè distorsit Avernum:
Pacificat, pulsô scismate, Ovile Dei.

VII.

S. LYCARION, M.

Succensis ferri virgis tua membra flagellant
LYCARION; Christi sed flagra lenit amor:
Dilaniant carnes, guttur præciditur ense,
Vincit in impavido pectore vecta Fides.

VIII.

SS. MEDARDUS, ET GIRARDUS, Episc. MM

Una dies ambos fudit genitricis ab alvo,
Baptismique undâ tinxerat una dies:
Præsulis una dies ambos subvexerat Ordo,
Una dies, fusô sanguine, in astra tulit.

IX.

SS. PRIMUS, ET FELICIANUS, MM.

Quid, Prætor, commenta juvant? Non vincitur astu
Vera Fides: cedunt omnia dura Cruci:
En Leo blanditur, plumbum non igne liquatum
Officit; immô capit plurima turba Fidem.

X.

S. MARGARITA, Regina Escotiæ.

Hymnus.

MARGARIS, æternis inhians, infantula, regnis,
Temnit inane decus.
Delicias inter regales, retia vitat,
Demonis atque dolos.
Fortunâ, stabilis perstat, variante Parentum:
Terrea nulla movent.

Non

Non honor hanc fallit, pectus ve labore vacillat,
Quam Deus erudijt.
Abstinet hæc epulis, recreant jejunia, longos
Continuatque dies.
Malcholmo Scotiæ Regi mox nupta, maritum
Allicit ad Dominum.
Hæc Genitos, Matremque, vigil, pariterque Sororem,
Usit amore Dei.
Prisca novat Divis, hilarisque; recentia condit
Div te Templa manu.
Pauperibus, clemens mater, dulcisque patrona,
Commoda mille parat.
Sæpe dapes præbet, flexis genibûsque ministrat,
Et lavat ipsa pedes.
Ulceribus quandoque pijs fert oscula labris;
Sic pius urget amor.
Distraxit vestes, & fulva monilia, egenis
Ut foret ampla salus.
Erigit exemplis cunctos, redditque saluti
Subdita corda frequens.
Et vexata diu, meritisque, doloribûs, auctis,
Dives in astra volat.
Et facies, macie fœdata, venusta reflorct
Funera post gelida.

Epigramma.

MARGARIS effulget, felix Regina Scotorum,
Associans Mundi cum pietate decus:
Plurima Templa suis opibûs ditavit; egenos
Protegit; ægrotos curat, alitque, manu.

S.

XI.
S. BARNABAS, Apostolus.

Hymnus.

Nummos, agrô divenditô,
Fert BARNABAS Apostolis:
Merces caducas deserit,
Ut dives Arce fulgeat.
Hunc voce Sanctus Spiritus,
Post vota, post jejunia,
De cæteris Doctoribus
Paulo sodalem segregat.
Pauli sequens vestigia,
JESUM perennis suggerit:
Et indolis dulcedine,
Bonique famâ, proficit.
Vexilla Christi Gentibus
Adducit, & subdit Cruci:
Idola fanîs dejicit,
Arisque Christum collocat.
Fusô deinde sanguine,
Signat Fidem: Christi Ducis
Fervens amore, splendidos
Ascendit in Cœli thronos.

Epigramma.

Sortis Apostolicæ consors, hâc BARNABA luce splendet, qui vacuos iecit ab Orbe deos:

Spon-

Sponte datô, Christi sustentat Ovilia, pastus;
Et, cinctus lauris, Æthera, Martyr, abit.

XII.

S. ONUPHRIUS, Anachorita, C.

Solus in obscuris latitans ONUPHRIUS antris,
Oblitus Mundi, tempora lætus agit:
Herba cibus fuerat, foliisque paravit amictum;
Verùm, sic pauper, ditior Orbe fuit.

SS. BASILIDES, CYRINUS, NABOR, ET NAZARIUS, MM.

Portentis robusta Cohors resplenduit Urbe:
Lux nitet obscurô carcere, datque Fidem.
Scorpio mordet edax: dant guttura sancta securi;
Jejunæque, colunt corpora cæsa feræ.

XIII.

S. ANTONIUS DE PADUA, C.

Hymnus.

Ardens martyrij sacros triumphos,
ANTONI, veteres finis Sodales:
Is longè à Patria, datum cruorem,
Ut Christo, moriens, vicem rependas:

At langor retrahit plagâ ferocîs
Ut morbis hominum feras salutem;
Te servat Dominus: cupit, docentem,
Scribentem, rigidi vorent labores.
Urges Hæreticos, potens trophœîs,
Durus malleus, atque persecutor
Acer, tartareas fugas catervas:
Te clamante, stupent, gemuntque pravi.
Pisces æquore voce flectis: hordeum
Brutum temnere cogis, ut supernum
Panem percolat antè: resque pandis
Amissas, precibûs frequens vocatus.
Tu JESUM manibûs tenes pudicîs:
Tu, præsens duplicî locô Parentem
Afflictum redimis: nites ubique
Faustô nomine, charus Orbe cunctis.

Epigramma.

Malleus Hæreseon, veterisque ANTONIUS Arca
Legis, Apostolicâ voce vocatus, ovat:
Portentis, & voce, hominum replet Æthera turbîs:
Integra lingua vocat nunc quoque corda Deo.

XIV.

S. BASILIUS MAGNUS, Episcopus, D. & C.

Hymnus.

Magnô, Basili, nomine
Præstans, in Orbe personas:
Parem Parenti Filium
Libris, & ore, protegis.
Ardet Valens, ut exules;
At, jussa dùm vult scribire,
Calamus resistit, sellaque;
Nervosque dextra contrahit.
Uxor dolores intimos
Persentit, & languet Puer:
Mox convalescit, postmodùm
Culpâ Parentis interit.
Tot signa terrent Principem:
Sanctum veretur Præsulem:
Hic, ut Columna flammea,
Mundo nitere visus est.
Hic Christi amore, & proximi,
Monachos gubernat: excitat
Ad proximorum commoda,
Simulque mentis propriæ.

Epigramma.

Basilius splendet, meritô cognomine Magnus,
Lucida qui quondam Fax Orientis erat:

Ille

Ille Gregem Christi pavit, defendit ab hoste;
Compositóque tuens Ordine, pascit adhuc.

XV.

S. DULAS, M.

Te fervens oleum, te crates ignea, DULAS,
Te quoque dilaniant verbera sæva diu:
Nil potuere, tamen. Vincis, faustusque triumphis,
Dùm furit insanus tortor, in astra volas.

XVI.

SS. VITUS, MODESTUS, ATQUE CRESCENTIA, MM.

Est puer; at Patris superat fera verbera VITUS,
Cumque pijs SOCIIS aspera multa vorat:
Hos leo demulcet: tortores fulgura terrent:
Motibûs & terræ percita, fana ruunt.

S. QUIRICUS, M.

Pro Christo JULITA subit tormenta: QUIRICUS,
Filius, hæc cernit, matre carere, gemit:
Arripuit tortor: saxîs illius obivit:
Cum tenera Mater sydera Prole volat.

S. LUDGARDA, V.

Amplexu Christi frueris, LUDGARDA; sed ægra
Ut patiare, manum distrahit ille Cruce.

O

O amor! O latè, quàm vis tua magna triumphat!
Ducis ad amplexus, quem Polus ipse tremit.

XVII.

S. EMMANUEL, M.

Venerat EMMANUEL, Persarum Rege jubente,
Ut pacem foveat, prælia sæva fuget:
Thura litet statuis, seductus Apostata mandat:
Nolentis guttur dissecuit gladius.

XVIII.

SS. CYRIACUS, ET PAULA, V. MM.

Fortia tanguntur crepitantibûs undique saxîs
Corda; sed hæc solidant aspera saxa magis.
Ictibûs occumbunt: tumulos at saxa pararunt,
Sanguineis celebrent qui pia gesta notîs.

XIX.

SS. GERVASIUS, ET PROTHASIUS, MM.

Verbera GERVASIUM laniant; geminata, necarunt;
Impete PROTHASIUS stipitis actus, obit.
Corpora tunc sepelit mactata Philippus; & amplô
Ambrosius tumulô, deinde reperta, tegit.

S. JULIANA DE FALCONERIJS, V.

Vos, JESU, & Mater, cunîs dùm JULIA, vagit,
Nominat: hæc oculos arcet, adulta, viris:

Di-

Dirigit hos prudens: quam sumere non valet ora;
Hostia, cordi hærens, funera fausta dedit.

XX.

S. SILVERIUS, PAPA, & M.

Noluit, Anthimum Sedem retinere, negatque
Silverus; quamvis id Theodora petat:
Hinc Augusta furens, armatô milite, sævum
Mittit in exilium, sors ubi dura necat.

XXI.

S. LUDOVICUS GONZAGA.

Hymnus.

Te vocat dulcî, Lodoix, ad almum
Ordinem Jesu pia Virgo voce.
Annuis. Tantę fuit annuisse
Sortis origo.
Reijcis faustus, epulas, coronas,
Et voluptates studiô perennî;
Nectare at Cœlum recreans, supernîs
Plausibûs ornat.
Fis minor cunctis; tamen antecedis,
Vilior, tentas, reliquîs haberi:
Teque demittens, soliô locaris
Altior astris.

Cha-

Charitas tecum ſolidata, ſervet:
Puritas floret: ſerieſque firmô
Tota virtutum facit innocentem
Fœdere vitam.
Pervigil, parvò ſpatiô dierum
Tranſigis longos pietatis annos:
Et triumphator, meritiſque dives,
Scandis in aſtra.

Epigramma.

En, GONZAGA nitet, juvenis ſanctiſsimus ille,
Qui explevit, moriens, tempora multa, brevi:
Divitias ſpernens, & vanam Nominis auram,
Parvum ſe fecit, Magnus ut Arce foret.

XXII.

S. PAULINUS, Epiſcopus Nolæ.

Hymnus.

Cantare doctus myſtica verſibûs,
PAVLINE, noſtris ô faveas modis:
Fervore Lectores beatô
Ure, crema jaculîs ſalutis.
Clemens egenos hic alit, & fovet:
Fit pauper, omnes diſtribuens opes:
Ac ipſe captivus ligatur,
Ut viduę genitum levaret.

Abstrusa Princeps somnia dùm subit,
PAULINE, cernit tollere te flagrum:
Miratur: extollens honore,
Liberat, inque domum remittit.
Ut antè, nutris hic Populum datum,
Libris que conlis commoda pabula:
Factis potens, ac ore fervens,
Dirigis omnia corda Christo.
Dùm fata tollunt, mota cubilia,
Dolere tanti funere Præsulis,
Signant. Gemit tellus carere
Sydere, Patreque tam benignò.

Epigramma.

Divinis, PAULINE, modis documenta salutis,
Dulcè docens homines, pabula grata dabas:
Ut viduæ Genitum squallentibûs extrahat antris,
Barbaricas, statuit venditus, ire plagas.

XXIII.

VIGILIA S. JOANNIS BABTISTÆ.

Gratia sanctificat materno in ventre JOANNEM;
Cœcaque deserti percolit antra, puer:
Indice Messiam retegit, cui præparat Orbem:
Pænèque per Solymas, creditur, esse Deus.

S. JOANNES PRESBYTER, M.

Presbyter, & Martyr, nitet hâc in luce JOANNES,
Qui mirè extollit, dùm cadit ense, Fidem:
Despexit Solis statuam, contempsit & aras;
Nunc, Solem superans, emicat antè Deum.

XXIV.

S. JOANNES BAPTISTA.

Hymnus.

Annis à teneris, exul ab urbibus,
Præcursor Domini nobilitat specus:
Soli conciliat Lucifer hic viros,
Planans invia prævius.
Ad ripas fluvij, voce potentior,
Perterret populos crimine lubricos:
Miratique Virum, Numinis offerunt,
Submissi, proprium decus.
At, constans animi, se famulum notat,
Indignum Domini solvere calceos:
Celsos indè tenet Luciferi thronos,
Magnus, proximior Deo.
Hic tingit, renuens, flumine, qui virûm
Abstergit maculas: indice denotat
Præsentem, reliqui quem procul admonent,
Promissum miseris Ducem.

Fulget martyrij laude ; Propheticô,
Præcunctis celebris, munere promicat:
Præstans Virgo nitet. Nec peperit, quidèm,
Maiorem mulier Virum.

Epigramma.

En tuba sacra Dei, Martyr, maiorque Prophetâ,
Cultor eremôrum, Virginitatis honor:
Nullus surrexit, peperit quem fœmina, maior:
Nullus purus homo sanctior Orbe fuit.

XXV.

SS. PROSPER, & MAXIMUS, Episcopi.

Moribûs, & scriptîs, Fidei prostraverat hostes
PROSPER : & hoc, Pelagi, Gens tua, victa, probat:
Nomen, & omen habens, hâc, MAXIME, luce refulges,
Quô tenet æternum Gallia culta decus.

XXVI.

SS. JOANNES, ET PAULUS, FRATRES, MM.

Hymnus.

Opes opimas contulit constantia
His, quia sollicitô
Amore fidi serviunt.

Va-

Vafer procurat servos hos Apostata;
Hi, stabiles, renuunt:
Quòd ille Christum liquerit.
Domare certat Fratres pœnîs inclytos;
Hi, tamen, interea
Nummîs egenos sublevant.
Jovi cohortis Prætor, libent, præcipit;
At fragilem statuam
Risu decorô recpuunt.
Tunc ense colla dissecat clam strenua;
Et sepelit tacitus,
Ne plebs, furecens, irruat.
At Dœmones triumphos clamant nobiles,
Presidis & Genitus,
Acrî solutus spiritu.
Hîs Tortor ipse, Martyres qui fecerat,
Se Fidei subigit,
Fastosque scribit Martyrum.

Epigramma.

Pauperibus tribuunt PAULUS, fraterque JOANNES,
Divitias, renuunt thura litare dijs:
Hinc, rabie accensus, seductor Apostata Princeps,
Crudelî pereant, præcipit, ambo nece.

S. PELAGIUS PUER Corduvensis Martyr.

Ecce, PUER vincit robustô corde Tyrannum,
Qui magis immiti tygride sævus erat:
Corporis ignitus divellit frustra tenelli
Forfex: sed ferrô fortior ille fuit.

XXVII.

S. SAMPSOM, Presbyter, C.

Hospitiô mulcet SAMPSON, miseratus, egenos;
Jejunam removet, dans alimenta, famem:
Quisquis es, ô inòpes, clemens, persiste, juvandô!
Quę das pauperibus, suscipit Omnipotens.

XXVIII.

VIGILIA S. PETRI APOSTOLI.

Ter Petrus Dominum timido cum corde negavit;
In Dominum Petri terque probatur amor:
Stat fervens in amore PETRUS, mandatur Ovile
Pascere; nam tepidus non alit aptus oves.

S. LEO II. PAPA.

Hymnus.

Nobis LEO concentibûs
Psalmos decoras, musicus:
Hymnosque plûs melodia
Per te canoros efficit.
At, gratior tu musica,
Homines, Deumque, recreas,
Prudens, pudicus, sobrius,
Mitis pericus, diligens.

Hic

Hic pauperes lenit, Pater;
Juvatque clemens orphanos:
Factis, & ore, jugiter
Christo clientes attrahit.
Fortis domat superbiam
Hic Præsulum, qui Principum
Favore freti, deviant;
Summumque temnunt Præsidem.
Oves tuetur, & fovet;
Serpensque tabum diluit:
Sacris Fidem Comitiis,
Pastor fidelis, roborat.

Epigramma.

Concentu meliore Leo pia carmina donat,
Dulcius ut Patria Sponsa remota canat:
Strenuus Hæreticis obstat, sanctisque, refulgens
Dùm præit exemplis, ductat in astra Gregem.

OCTAVA S. ALOYSIJ GONZAGA.

Cautior eludit stygias Aloysius artes:
Non huc illecebræ, vana nec aura rapit.
Cœlum ardet totus. Juvenem Deus eligit istum,
Durior, ut Judex, arguat ore reos.

XXIX.

S. PETRUS APOSTOLUS.

Hymnus.

PETRUM conſpicuos inter Apoſtolos
Evexit Dominus munere Principem:
Ut paſcat populos, moribûs inſtruât,
Paſtorem creat impigrum.
Huic Claves tribuit largite: Ætheris,
Ut Portas reſeret, vel vetet, Arbiter:
Et noxis homines liberet, aut liget,
Ceu morbis putet aptius.
Huic ſe, procidui poplite, mancipant
Submiſsi Populi, quos ſociat Fides:
Reges, & Proceres, Regnaque devia,
Hunc unum recolunt Patrem.
Doctrinam retinent: dogmata reſpuunt,
Quotquot parturiat mobilis Hæreſis:
Hâc Petrâ ſtabilis Fabrica nititur,
Quam nullus ſubiget vigor.
Hunc olim mulier vicerat infima;
Et noviſſe Deum, territus, abnegat:
Mox vivi Sobolem Numinis evehens,
Confirmat ſocios Fide.

Epigramma.

Claviger Æthereus, Paſtor ſanctiſsimus Orbis,
Primus Apoſtolicâ munere, PETRUS adeſt:

Niti-

Nititur egregijs humeris Ecclesia PETRI:
Hanc super assurgit Fabrica tanta Petram.

S. PAULUS APOSTOLUS.

Hymnus.

Amplexus tenebras, lumina respuit,
Saulus, Pontificum lævus epistolis;
At JESUS subigit, voceque territus,
Immissum sequitur jubar.
Hunc Vas constituit Conditor, asperis
Ut Nomen referat gentibus, indocios
Ut Reges doceat, pullulet & Fide
Terrarum sterilis globus
Absentes, cupidus, quærit Apostolos:
His se se comitem jungit, & asseclam:
Nil flammas metuens, nil flagra, nil cruces,
JESUM strenuus evehit.
Cordi nulla quies insidet, inclytum
Ni JESUM celebret, ni sonet, aut notet:
Hunc scriptis, vehemens, vocque suggerit.
Hunc omnes redament, sitit.
Dat guttur gladio, lacteque profluit
Cervix, sanguineis candida rivulis:
Doctoremque datum Gentibus, innuit:
Doctrinam monet optimam.

Epigramma.

Hic Doctor datus in Gentes, tutusque Magister,
Cujus perpetuâ Plebs sacra luce micat:

Flo-

Flumina Doctrina spargit, rivòque perennî
Irrigat, & ditat, florida prata Dei.

XXX.

COMMEMORATIO S. PAULI Apostoli.

Epigramma.

Te Vas electum Domini, Mundique Magistrum,
Te decus æternum, PAULE, salutat amor:
Igniferas olim voces è corde vomebas;
Accendis Mundum nunc quoque, dum loqueris.

S. BASILIDES, M.

BASILIDI apparens, fert Potamiana coronam;
Mox Christum sequitur; mox quoque Martyr obit:
Obscœnâ à turbâ defenderat ille Puellam;
Præmia Tutori casta Puella dedit.

JULIUS.

I.

OCTAVA S. JOANNIS BAPTISTÆ.

Epigramma.

GAudia Natalis Mundo festiva JOANNIS
Attulit; atque etiam nunc, memorata, trahit.
Ille homines, fugientque decus, latitabat in antris,
Turba reluctantem Numinis instar habet.

S. SIMEON, C.

Quid juvat, amentem, SIMEON, te fingere, signis
Si te prudentem publicat esse Deus?
Huic erat humanos sapientia temnere plausus:
Affecta re Christum difficili sequitur.

II.

VISITATIO B. MARIÆ VIRGINIS.

Hymnus.

Ventre Supremi Sobolem Parentis
Virgo suscepit veneranda casto:
Affluens donis, cupit in Coelam
Hic reverti.

Utque Cognatam gravidam Joanne,
Senserat, montes animosa scandit:
Hinc Puer Regem venerans, senili
Carcere gestit.
Mutus affatur Genitor, salutem
Novit inclusam thalamô pudicô:
Multa præsagô referans ab ore,
Mirè hilaretcit.
Et senex pandit Mulier futura:
Fœminas inter reliquas beatam
Bajulam Christi memorat, refertam
Plùs quoque donis.
Tres ibi menses pia Nazarena
Virgo cunctatur: locupletat ædes:
Damna dispellit; reboant & plausu
Undique montes.
Undique & læti veniunt Propinqui;
Virginem, grati, celebrant; Joannis
Prosperam sortem recinunt, Parentes
Munere donant.
Virgo, solamen miserûm, salusque
Certa mœrentûm: generosa fidos
Visita servos: dabis ipsa cunctis
Pharmaca damnis.

Epigramma.

Ventre Deum portans, montes festinat in altos
Virgo, quò solvat crimine, prompta, reum:
Exultat Puer, & Genitrix mysteria pandit,
Mutaque lingua Patris mira, soluta, docet.

SS

SS. PROCESSUS, ET MARTINIANUS, MM.

Sit Nomen Domini Benedictum, vox sonat una,
Cùm vobis dentes, & terit ossa lapis:
Aggravat equuleum pœnas, mox lamina candens,
Dein fustes: demùm, concidit ense caput.

III.

S. HELIODORUS, Episcopus, C.

Heliodorus adest: doctrinæ hic lucibûs Orbi
Fulgurat, estque nitens in pietate pharos:
Hic verbîs, & corde, Deum respirat, & ardet;
Inspirat verbîs, & simul ore, Deum.

IV.

S. NAMPHANION, M.

Plurima Namphanion pro Christo dira subivit,
Et suasu Comites, allicit, ægra pati:
Quò magis inclinat sæva in tormenta Sodales;
Dulcior erga illos pectore regnat amor.

V.

S. CYRILLA, M.

Et thus, & prunas, manibûs tenet alma Cyrilla,
Ne credat stultis, turba, litare focis:

Hinc,

Hinc, rabie excandens, geminat tormenta Tyrannus;
At quò plùs sævit, fortior illa subit.

VI.

OCTAVA SS. AA. PETRI, ET PAULI.

Roma, caput Mundi, dignos poscebat ocellos:
Unus erat PETRUS, PAULUS & alter erat:
Aspiciunt terras, duo sydera clara, jacentes;
Dùmque vident, tenebras protinùs Orbe fugant.

S. DOMINICA, V. M.

Idola effringis, pœnas subitura cruentas,
Diva; sed audacem te facit Omnipotens:
Bellua nulla nocet, quoniam tu fortior illis;
Rubraque purpureo sanguine, in astra volas.

VII.

S. FIRMINUS, Episcopus, C.

Hymnus.

Euge, Navarræ generosa Proles,
Pastor, & Martyr, tuba mira Christi,
Cujus in cultum, sitiens, labores
Strenuus hauris.
Pampelo tanti decoratur ortu
Præsulis: Patrem Genitum veretur;
Quam docet, pascit, vigil & tuetur,
Auget, & ornat.

Im-

Impiger, cœcîs simulachra ab aris
Turbat, & Christo generans, Lavacrô
Mundat incultos Populos, beatô
Vincit amore.
Flagra mox cædunt, religant catenæ:
Præsides certant varij timore
Vincere athletam: domuit cruentos
Ille tyrannos.
Dùmque plùs clamat, jugulatur ense:
Lux, odor, sanctum retegunt sepulchrum:
Arbores frondent, glacie repulsâ,
Floribûs agri.

Epigramma.

Christegeno Populo laus est FIRMINUS, honosque,
Quem vigil, & fervens, erudit, auget, alit:
Huic labor assiduus cibus est, sufferre triumphus,
Instruere in Cœlum, gloria tota, Greges.

VIII.

S. ELISABETH, REGINA PORTUGALLIÆ.

Hymnus.

Præclara Lusitaniæ
Regina Cœlos recreat;
Magnisque cum virtutibus
Pijs refulget fœminis.

Hæc

Hæc, nata, placat aſpera
Avi, Patriſque, jurgia.
Mox, nupta, Portugalliam
Sanctis decorat moribus.
Cum pane ſolo prandia
Per longa condit tempora:
Hæc fecit ex unda merum,
Vernaſque de numis roſas.
Signis nitens ingentibus,
Mores pudicos comprobat:
Quam ſuſcipit, Prolem Deo
Per diligenter educat.
Ædes ſacratas, vel ſtruit;
Vel ditat amplo reddita:
Hoſtes ſerenans Principes,
In aſtra felix advolat.

Epigramma.

Pacatrix Regum, populorum dulce levamen,
Emicat: hæc pacem Regibus orta dedit:
Pacificans Reges, ſubijt quoque fata: videtur,
Ad pacem, tantùm, nata fuiſſe virùm.

IX.

S. CYRILLUS, Epiſcopus, M.

Funibus exuſtis, illæſum flamma CYRILLUM
Servat; at immitti cæditur enſe caput;

Non

Non parcit gladius, parcunt incendia. Ferrum,
Laudet ad extremum Victima cæla, finit.

X.

SS. SEPTEM FRATRES, MM.
Filij S. Felicitatis, etiam M.

Hymnus.

Gaudens, videt FELICITAS,
Septem necari Pignora;
Septem quòd illa victimas
Reddat Deo, qui contulit.
Hortatur hos Mater, Fidem
Sub corde fervent strenui:
Æterna cernant præmia:
Ignes perennes cogitent.
Ergò, vigore nobiles,
Cum morte certant Filij:
Tormenta vident aspera:
Læti dolores hauriunt.
Variò probantur prælio:
Derectus hic est vertice,
Contusus alter fustibus,
Alios securis amputat.
Pòst, mense quartò, sustinet
Mater nefem; latissima,
Quòd antè Proles miserit,
Regnent ut astris perpetim.

Epigramma.

O pia, vera, Parens! Videt hæc sua Pignora cedi;
Lætitiamque animo vîso fæva parit:
Mactari haud prohibet Genitos; sed postulat, instat:
Vult Cœlum rapiat; ne rapiat barathrum.

SS. RUPHINA, ET SECUNDA, Sorores, Virgines, & MM.

Quòd solùm crucient; quereris, tormenta RUPHINAM,
Quippe decus censes esse, SECUNDA, comes:
Carcere fœtenti, & cœcò, lux mulcet, odorque:
Mox ensis perimit, queis libris haud nocuit.

XI.

S. PIUS, PAPA, M.

Quàm, Pius, instanter vigilat, ne defluat arîs,
Qui, fusus, traxit commoda nostra, Cruor!
Quique Redemptoris, rigidus, servarier, urget;
Prodigus ipse, datò sanguine, Martyr obit.

XII.

S. JOANNES GUALBERTUS, Abbas.

Hymnus.

GUALBERTE, Fratrem qui necat,
Veniam poposcit criminis:
Sanctus Parasceve dies,
Supplexque, pectus mitigant.

In-

Inclinat & Christus caput,
Insigne factum comprobat:
Hinc sanctitatis munera
Fert liberali dexterâ.
Virtutis ut per culmina
Gressus, peritus, dirigas:
Pij Magistri nutibus
Parere, curas diligens.
Mox, adscitis sodalibus,
Italis fugas de finibus
Et pravitates Hæresis,
Magique avari toxica.
Mores regis, condia Domos,
Ut alma virtus emicet:
Facis Fidem conscribere
Cryptâ, teget quę mœrtuum.

Epigramma.

Pace GUALBERTUS donans, amplectitur hostem;
Postque Crucifixi flectit imago caput:
Discite, terrigenæ, vindictam pellere: factâ
Pro veniâ, Christus dulcis amicus erit.

S. JOANNES A S. FACUNDO, C.

Intonat ore, puer, Christum, pueroque JOANNES
Sæpè, locò evectus, Cœlica jussa monet:
Dilector pacis, crudelia pectora lenit;
Perfida quæque audet dextra necare, riget.

XIII.

S. ANACLETUS, Papa, M.

Auget Pontifices condignô ANACLETUS honore,
Presbyteros decorat, te quoque, Petre, vehit:
Sæpiùs, instituit, susceptô Corpore Christi,
Se Plebs sancta cibet: posteâ Martyr obit.

XIV.

S. BONAVENTURA, Episc. D.

Hymnus.

Corda divini jaculîs amoris
Dive, succendis, rapis inque Cœlum:
Qui legat libros, fugiet Gehennam,
Arce nitebit.
Hic pium lætâ sequitur juventâ
Ordinem: Mundum renuit fugacem:
Instruit jugî pietate mores:
Territat Orcum.
Apta, quô vincat, studiîs paravit
Arma: mirantur juvenem vetusti,
Tanta discentem, simul & docentem
Ore discrô.
Castra dein, Præsul, moderatur alma:
Fulget Antistes: rutilat rubentî
Purpurâ: celsum meritîsque tollit
Laude Senatum.

Laus

Laus erat, doctis celebrare scriptis
Virginem, JESU nitidam Parentem:
Hanc colit fervens; cupit, hujus omnes
Urere flammis.

Epigramma.

Te BONAVENTURAM gracili celebramus habenâ,
Qui corda, & mentes, dulcis, in astra rapis:
Scriptis ille suis sacros jaculatur amores:
Illa legat, quisquis percupit esse pius.

XV.

S. HENRICUS, IMPERATOR, C.

Hymnus.

HENRICUS, meritis vigens,
Direxit Bavaros legibus optimis.
Germanos, etiam, regit
Regali soliô celsus. Honoribus
Extollens magis hunc Deus,
Concessit rutilos Imperij thronos.
Divorum reparat Domos,
Acris quas rabies diruit Æthnica;
Largus, construit & novas.
Summum quem propriâ Sede removerant,
Accepit profugum Patrem.
Græcos belligeros iecit Apulia,
Miscens prælia strenuus.

Gentiles acies, conſpicit, Angeli
Pro ſe comminui manu.
Ritus Chriſtiadûm tradidit Ungaris,
Ghiſellam Stephano jugans.
Blandas illecebras perpetuò domat,
Caſtus conjuge cum pia.
At terris nitidus, plûs micat Æthere.

Epigramma.

Dimicat HENRICUS precibûs, Superumque maniplos,
Ante ſuas acies bella ciere, videt:
Eſt caſtus, Summoque Patri reverenter obedit:
Hinc celeres Superos ad ſua vota trahit.

S. CAMILLUS DE LELIS, C. Fundator Ord. Clericor. Ægrotis Aſsiſtentium.

Hymnus.

Luctûs funerij memor, CAMILLUS
Mortis ſollicitat piæ triumphos:
Fervens Chriſtigenas juvat, Deoquè
Adjungit, nimios fugans pavores.
Quid navem dubium juvat per æquor
Tranaviſſe diu, domans procellas:
Si, tandem, perit illa, merſa portu;
Et merces pelago ſinat voraci?
Tunc Dœmon, rabidô flagrans furore,
Nos, ardet, ſtigijs rogis vovere:
Abſentes Patriâ, reos per œvum,
Vult vinclîs religare, ſævus irâ.

Tot

Tot strages, vehemens, cavet, CAMILLUS:
Accersit locios; monet pericla,
Quæ mortis rapiunt viros agone,
Exemplis præit, arte primus ipse.
Hinc Proles, vigil, hæret Instituto.
Extremas cohibet, sagax, ruinas:
Infernas notat, arcet atque fraudes:
Et Cœlis statuit pias catervas.

Epigramma.

Subvenit afflictis mortis sub agone CAMILLUS:
Mandat &, id peragat, quam fovet, alma Phalanx:
Momentum curat, quo pendet vita perennis,
Ne portu in barathrum naufraga navis eat.

XVI.

TRIUMPHUS S. CRUCIS.

Hymnus.

Maurorum domitis fausta Cohortibus,
Fulget prodigiis Crux sacra prosperis:
Crudeles fugat hostes,
Immensas subigit manus.
Illustres Populos rursus ut opprimat,
Armis terrificis Gens venit horrida:
Hispanos alit ardor,
Ad pugnas stimulat Fides.

Bellum conſeritur ; fortiter undique
Pugnaces ineunt prælia copiæ:
Cui victoria palmam
Aſcribat ? dubium diu.
Hæc inter , tutilans Crux præit ; agmina
Maurorum timidis , viſa , pavoribus
Turbat , concutit , angit;
Tandem funditùs atterit.
Plauſus effigies Virginis inclytæ
Addit , bellipotens Chriſtegenum ſalus:
Hiſpanis pia ſemper,
Semper proſpera Numine.
Occiſæ numerus Centis Iberiçe,
Mirum , quàm tenuis ! cęde ſed occidit
Grandî Maurica turba:
Tellus ſanguine denatat.
Se dedunt celeri , qui remanent , fugæ:
Hiſpani exuvias innumeras ferunt:
Cuncti gaudia verſant;
Se latè revocat Fides.

Epigramma.

Crux venit irradians , ſacrîs ornata triumphîs,
Quæ facit ad pugnas fortia corda pias:
Diſsipat hæc hodiè Maurorum , viſa , cohortes;
Paucorumque obitu millia multa necat.

COM-

COMMEMORATIO B. MARIÆ V. DE MONTE-CARMELO.

Hymnus.

Virgo, decus mortalium,
Et splendor, & Mundi salus:
Te concinentes servulos
Foves favore perpetî.
Ut fama dudùm nuntiat:
Carmeli in alto vertice
Amore te Cœtus pius,
Et laude, fervens extulit.
Nostras in oras Ordinem
Transmittis ipsa, ut plebibus
Tui decorem Nominis
Nisu perennî prædicent.
Insigne tu das Cœtui,
Quô protegatur tutiùs:
Defendis hos, semper pia,
In morte clemens protegis.
Datô tueris stemmate
Charos Greges Fidelium:
Solvis preces, jejunia,
Et castitatem, largiter.

Epigramma.

Concelebrasse Viros Carmeli in Monte MARIAM.
(Fertur) ubi nebulam vidit Elia Pater:

Fer-

Fervens hinc zelô, fulget Carmelicus Ordo,
Cui, sibi devoto, Virgo Beata favet.

S. FAUSTUS, M.

Fauste, Cruci dùm quinque dies affixus inhæres,
Participem calicis largiter esse datur:
Post Crucis ærumnas, fodiunt tua membra sagittis;
Fortis es, & Dominus fortibus auget onus.

XVII.
S. ALEXIUS, C.

Hymnus.

Ignotus æde Patriâ,
Nullîs, Alexi, planctibûs
Blandescis: hic septemdecim
Annos moraris, squalidus.
Hic nuptiarum nocte fit
Exul Paternô limine:
Sponsam relinquit virginem,
Ut virgo vivat sobrius.
Septemdecim se finibûs
Annos tegebat exterîs;
At voce notûs Virginis,
Domum redire, cogitat.
Hic degit ædis angulô,
Incognitus domesticis:
Sponsam repudit orphanam:
Patitur Parentum lachrymas.

Scrip-

Scriptô relictô nominis,
Post fata, tandem, noscitur:
Tunc luctus, & mœror Domûs,
Clamore turbant aëra.

Epigramma.

Egregius Mundi derisor, ALEXIUS egit
Abditus in propria tempora sera Domo.
Plorat uterque Parens Genitum, flet Sponsa Maritum;
Hic, tamen, ignotus, pauperis instar obit.

XVIII.

S. SYMPHOROSA, M. & septem FILIJ eius MM.

Hymnus.

Hôc SYMPHOROSA lumine,
Uxor Getulî Martyris,
Bis Mater almi Germinis,
Nitet triumphis multiplex.
Septem, Magistra, Filios
Mores, Fidemque, prædocet:
Contra Tyrannos roborat,
Ne vincat incautos timor.
Victrix Cohors comprenditur:
Christum, jubetur, temnere:
Mater, simul cum Filijs,
Tentata, bellô prævalet.

Dux

Dux extat in certamine:
In profluentem truditur,
Saxo ligata gutturi:
Mox sancta Proles cæditur.
Palo revincti, singuli
Variô necantur vulnere:
Fidesque morte fortium
Turbas parit Fidelium.

Epigramma.

SYMPHOROSA, licèt Genitos, ceu Mater, amaret;
Attamen, ob Christum suadet obire neces:
Saxô pressa gravî, fluvium ruit ipsa profundum;
Victima postridiè Stirps animosa cadit.

S. MARINA, V. M.

Hymnus.

Alma te, festi, canimus, MARINA,
Cuius effulgent hodiè triumphi:
Ducis exemplis animos in astra
Retrahis Orcô.
Hæc clientelam Domino, puella,
Sacrat, & servat, fugiens caduca,
Virgo, decernit sine labe cunctos
Vivere in annos.
Casta, contemnit fragiles maritos:
Indè, mansurum sine fine, sponsum
Ardet, aspirat: colit hunc perennî
Saucia amore.

Non

Non minîs Tortor valet hanc domare,
Cogere aut Sponſum nitidum recuſet:
Vana deridet ſimulacra: velox
Funera quærit.
Ergo, conſtanter jugulum dat enſi;
Et mori lucrum reputans, juventam
Temnit illuſtrem, vacuoſque Mundi
Spernit honores.

Epigramma.

Delicias, fauſtus, & opes, qui diligit Orbem,
Quæritat; at Cœlum qui cupit, illa fugit:
Illecebras horrens, amat hic torrenta MARINÆ;
Non ea terreſtris, Cœlica tota fuit.

XIX.

S. VINCENTIUS A PAULO, C.

VINCENTI, religant durô te compede Turcæ;
Paternoſque, puer, dirigis antè greges:
Indè cibare homines didiciſti, & ſolvere vinctos:
Hæc quoque Presbyteros munia obire, facis.

S. AUREA, M.

AUREA, te primùm conſtantia ſancta reliquit,
Pœnarumque metu fugit ab ore Fides:
Deindè dolens culpam, fortis, ſacra bella reſarcis;
Paſſaque pro Chriſto funus, in aſtra volas.

S.

XX.

S. LIBERATA, V. M.

Hymnus.

Clemens tuetur obstetrix
Te, LIBERATA; nec jacit
In flumen, ut matris notat,
In te cruentæ jussio.
Domô repulsa Patriâ,
Occulta, lacte pasceris,
Donec recursu temporis
Patri, severo, sisteris.
Genitor timore nititur,
Genitrixque planctu, flectere,
Ut deserens Christi Fidem,
Dijs honorem deferas.
Ut evitares, provida,
Crimen Parentum, confugis
Deserta, & herbis præparas,
Cadente Sole, prandia.
Ut castitatem negligas,
Instigat apprendens cohors:
Resistis ipsa; sed cruci
Affixa, mortem sustines.

* * * * * * * * *

Epi-

Epigramma.

Ecce Seguntini Populi, lux fulgida, acerbô
Quæ Crucis in thalamô funera ſancta ſubit:
Nec pœnîs pavitat, Fidei valîdiſſima Cuſtos,
Nec prece, nec potuit vincere fraude Parens.

XXI.

S. PRAXEDES, V.

Hymnus.

Cum fatigaret ſtolidus Tyrannus
Aſſeclas Chriſti nece, ſtrage, vinclîs:
Blanda PRAXEDES, gemebunda, pœnas
Luget amaras.
Ergo, quâ poſsit, relevare fortes
Pergit Athlêtas: creat hoc levamen,
Temperat luctus, minùs atque blandam
Mœror acerbat.
Hos Domî condit, generoſa paſcit:
Debiles firmat, Fidei revelat
Dona, quæ fælis capient futurîs,
Danda per œvum.
Adjuvat vinctos opibûs: benigna
Curat, ærumnis recreentur arctîs:
Mortuos quærit, ſepelitque, mitî
Feſſa labore.

At nequit tantas, pia, ferre pœnas:
Strage charorum nimis illa mœret;
Et, rogans Christum, petit astra, durò
Saucia luctu.

Epigramma.

Inclyta PRAXEDES lachrymans tot acerba ferentes
Christigenas, pœnâ vivere deindè nequit:
Occultat, solatur, alit, sepelitque peremptos;
Compatiens cunctis, Martyris instar obit.

XXII.

S. MARIA MAGDALENA.

Hymnus.

MAGDALÆ sanctas lachrymas, amores,
Pangimus læti: scelerum dolore
Victa, perquirit medicum, salutem
Qui ferat ægræ.
Hæc Redemptoris pedibus recumbit
Antè convivas, lavat atque fleta,
Et comîs tergit, linit atque nardò,
Impigra, plantas.
Milites inter sociam fidelem
Se Crucifixo dederat: phalangum
Nil timet sævos animos, nec armas;
Nil pavor urget.

Per-

Pergit occisi monumenta, fervens:
Credit, ablatum Domini cadaver,
Quod cupit castis humeris sepulchro
Reddere anhela.
Prima surrectum videt hæc Magistrum:
Nuntiat visos Sociis nitores:
Tanta vis ignis meruit, triumphos
Hos amor egit.

Epigramma.

MAGDALA dùm lachrymis Domini vestigia tergit,
Tergit & illius crimina multa Deus:
Monte Crucifixum, constans, comitata Magistrum,
Inter Apostolicos eminet illa viros.

XXIII.

S. APOLLINARIS, Episcopus, & M.

Hymnus.

Pastor fidelis, quem Petrus erudit,
Secum sodalem quem vocat, & trahit
Romam simul, celsæ Ravennæ
Præficeris medicus salutis.
Hìc, primitivus, munere Præsulis
Effulget, almam nuntiat & Fidem;
Mutum loquelâ donat: acrî
Dœmone mox genitam resolvit,

Virgîs flagellant; carbo nec æstifer
Urit pedes. Sed delitet, ut magis
Sit commodus deinceps. Sepulchrò
Suscitat & sobolem Rufini.
Perdura passus, victor in omnibus,
Clarus triumphis, multiplicat Fidem.
Dœmon negat responsa, donec
Almus ineît regione Præsul.
Urbem reversus, vincula denuò
Perfert libenter. Solvitur. At sequens
Cædit satelles. Sed Fidem, quam
Edocuit, validat cruore.

Epigramma.

Plurima passus eras, diademata splendida cingens,
Fortis APOLLINARIS, præco sonore Dei:
Mutescit Dœmon, donec regione moraris:
Solâ voce tuâ territus ille fuit.

S. LIBORIUS, Episcopus, C.

Te vocat Omnipotens ad prælia dura, LIBORI,
Qui dabit Æthereîs præmia larga thronis:
Dum vorans tormenta, cadis mitissimus agnus,
Qui, vigil, expulèras de Grege sæpe lupos.

*** *** ***

SS.

SS. BERNARDUS, & ejus Sorores, MARIA, & GRATIA, MM.

Quæ Mahometus habet, BERNARDUS dogmata spernens,
Fit Monachus; tantùm Cœlica regna petit:
Professæ Christum, jugulantur ab ense SORORES:
Ille, autem, clavô fronte refossus, obit.

XXIV.

VIGILIA S. JACOBI, APOSTOLI.

Fulminis instar adit, præstans in bella, JACOBUS.
Mauros que Hispanis dissipat ense plagis:
Hæc iam, cunctituens, Christus prædixerat olim,
Et prædicta diu castra subacta probant.

S. CHRISTINA, V. M.

Quinque manet CHRISTINA dies non usta caminô,
Fractaque pauperibus dat simulachra Patris:
Proijcit in stagnum Genitor: levat Angelus indè:
Nulla nocent, siquem muniat Omnipotens.

XXV.

S. JACOBUS APOSTOLUS,

Patronus Hispaniarum.

Hymnus.

Defensor validæ Gentis Ibericę,
Fulget, quem Dominus sæpius eligit
Testem prodigijs: quem vocat, ut suum
Pœnarum calicem bibat.
Charas, vivus adhuc, visitat hic plagas:
Nos inter tumulum deligit; & situs,
Portentis rutilans inclytus, advenâ
Semper supplice cingitur.
E Cœli solio nos celer adjuvat:
Hic nostras acies roborat, ordinat:
Maurorum rapidè dissipat agmina;
Et Regnum reagit pium.
Hic Gentes subigit, Regnaque barbara,
Quæ Dœmon laqueis nexuit efferus:
Hostes ille domans belliger, ultimis
Adduxit Populis Fidem.
Hunc Prolem Tonitrûs prævius annotat
Christus: facta, fatum fulmine, comprobant;
Nam velox, veluti fulmina, deprimit
Flammâ, lumine, perfidos.

Epi-

Epigramma.

Maurorum Vindex, Defensor Gentis Iberæ,
Salve: dilectas ipse tuêre plagas:
Agmina si pugnax fociet tua dextera Regni,
Totus Iberorum protinus Orbis erit.

S. CHRISTOPHORUS MARTYR.

CHRISTOPHORUS rutilat, jaculis confixus acutis,
Qui tunsus virgis, liber ab igne manet:
Dat caput inmiti gladio, lauroque decorus,
Æthere victricis præmia mortis habet.

XXVI.

S. ANNA, MATER B. MARIÆ V.

Hymnus.

ANNA, te Christi Genitricis almæ
Inclytam Matrem canimus: perennes
Fert tibi laudes Populus, redemptus
Morte Nepotis.
Nutrit infantem vigil hęc MARIAM,
Ubere indulget, studiosa curat:
Vestit, & pascit, recreat, gubernat,
Protegit, ornat.

Diligat quamvis vehemens Puellam,
Confecrat Templo, repulitque visu:
Serviat, mavult, Domino, remota
Æde Paternâ.
O nimis felix! nimis ó beata
Mater! hanc omnes rogitent, frequentî
Voce conclament: favet illa votis
Prompta clientum.
Numinis Natum vocat hæc Nepotem,
Numinis Matrem Genitam, beati
Spiritûs Sponsam cibat, & tuetur,
Prospera Cœlo.

Epigramma.

Hæc Aviam Christi celebrat, Matremque MARIÆ,
Læta dies, Mundo dulce levamen adest.
Ergo, felicem, miseri, properemus ad ANNAM:
Hæc fermè Omnipotens Prole, Nepote, viget.

XXVII.
S. PANTALEON, M.

Corpora PANTALEON medicâ levat arte; trahitque
Mentibus ægrotis mille salutis opes:
Cæditur equleo: candens mox lamina adurit:
Nec nutare potest talibûs alta Fides.

XXVIII.
SS. NAZARIUS, CELSUS, ET VICTOR, MM.

Luxerat, & totô rutilat, NAZARIUS Orbe;
Lux erat & Comitum splendida, pulchra Cohors:

His

His fuit, ut Christi premerent vestigia firmi,
Probra subire, decus: gloria, dura pati.

S. INNOCENTIUS, Papa, C.

Iste, regens Navem Petri, jejunia mandat,
Quæ occisò recolant plena sepulchra Deò:
Cœlesti, Pelagique, tuos hic diruit astus;
Avulsis lolijs, pacua sana monet.

XXIX.

S. MARTHA, V.

Hymnus.

Te, casta Ductrix Virginum,
Gratò canere psallimus,
Quæ prandijs lautis Deum,
Cunctos cibantem, recreas.
Christi Clientes, sedula:
Domi receptat hospites:
Quas condit escas, comiter
Fert ipsa convivis manu.
Ut liberaret Lazarum
Ex imminenti funere,
Christum rogat: de mortuis
Hic excitans, vivum dedit.
Dein MARTHA ponto traditur;
Navisque nullò remige,
Nullisque velis, appulit,
Deò regente, Galliam.

Hæc, prima Rectrix virginum,
Castas Puellas educat:
Hanc, sanctitate splendidam,
Populi verentur cernui.

Epigramma.

Prandia MARTHA parat, dùm Magdala dulcè quiescit;
Laudaturque magis Magdala, Martha minùs:
Ista, licèt, sanctè satagit, turbatur, anhelat:
Sanctiùs ante pedes Hospitis illa sedet.

SS. FELIX, SIMPLICIUS, FAUSTINA, ET BEATRIX, MM.

Tormentis crescit robur, patientia fulget,
Emicat &, superans aspera cuncta, Fides:
Vobis, alma Phalanx, cedit vis cruda Tyranni;
Dùmque magis sævit, vincitur atque magis.

XXX.

SS. ABDON, ET SENNEN, MM.

More triumphantis Decius præduxerat ABDON,
Et SENNEN, veri vera trophœa Dei:
Rîdet uterque deos, sputat: Deciòque iugatô,
Non Decio, Christo cessit ovantis honor.

XXXI.

S. IGNATIUS DE LOYOLA, C.

FUNDATOR SOCIETATIS JESU.

Hymnus.

Totis IGNIADES viſceribûs Deum
Obſervat, recolit, prædicat, evehit:
Cuius maior honor, gloria, famaque,
Divinîs ſtimulat rogîs.
Huic & terrigenum flectere pectora
Ad Cœli Patriam laus erat unica:
Hoc vires acuit, firmat ad ardua,
In pœnis hilarem facit.
Spernit divitias, cedit honoribûs,
Horret delicias, vanaque gaudia:
Pro Chriſto, recreat, vincula perpeti,
Pro Chriſto, recreat, mori.
Dilectîs Socijs, Agmina comparat,
Et JESU ſtabilit Nomine, & omine:
Quos, totô ut tenebras Orbe repellerent,
Armat moribûs inclytîs.
Ardens hic, juvenes erudit, Æthnicos
Colluſtrat Fidei lumine, diſsipat
Aſtus Hæreſeon, vocibûs imbuit,
Et factis, Populum pium.

Epi-

Epigramma.

Agmine compositô Jesu, Loyola triumphat,
Comburitque omnem (ceu foret ignis) humum:
Maior erat Domini summis infixa medullis
Gloria, quam cunctis promovet ille vijs.

AUGUSTUS.

I.

OCTAVA S. JACOBI, AP.

Primus Apostolici Cœtûs athleta, cruorem
Pro Christo fundis, datque, Jacobe, caput.
Irruis in gladios, rupes ut fulmen in altas;
Atque bibis Calicem, quem Deus ipse bibit.

S. PETRUS ADVINCULA.

Hymnus.

Quid juvat, Hœrodes, furor?
Quid sœvus in Petrum rigor?
Ridet potestas Numinis
Artes, dolosque, vindicum.

Pe-

PETRUS catenis stringitur,
Tetrô gravatur carcere:
Mœstîs gemebant planctibûs
Pastore privati, Greges.
Orationi dediti,
Numen precantur supplices:
Ruunt catenæ protinus,
Panditque portas Angelus.
Transit PETRUS custodias,
Ludit cruentos milites,
Ultròque porta ferrea
Reclusa, pleno liberat.
Plebs tancta lætis gaudiis
Exultat, & plaudit PETRO:
Cultu fideli nunc quoque
Exaltat, ornat, Vincula.

Epigramma.

Lætificare volens infandô crimine Plebem,
Injicit Herodes vincula dira PETRO:
Angelus hæc fregit, de carcere duxit in agros,
Mœrentique dedit gaudia læta Gregi.

SS. MACHABBÆI, Fratres, & MM.

Hymnus.

Quâ voce? Quô vos carmine,
Fratres, Parensque, nobiles,
Efferre queit facundia?
Exceditis laudis modum.

Hi fortiter pro Legibus,
Ac Institutis Patrijs,
Dùm præliantur: impij
Furor Tyranni victus est.
Pœnas seorsim singuli
Firmò vigore perferunt:
Et quisque, quidquid sustinet
Alter, videndo condolet.
Septem triumphans Prolibus,
Robusta Mater dimicat:
Hortatur, instat, supplicat,
Pœnis sit ardor fortior.
Hæc, post necatos Filios,
Mortem libens amplectitur.
O vera Mater! O Fides,
Totis canenda sæculis.

Epigramma.

Nondùm præcessit Christus, neque Passio sæva,
Iamque hi pro Patrijs Legibus ægra ferunt:
Quid foret, exemplum si tale præisset? At armat
Ad bella, in Christum quæ movet, antè Fides.

II.

S. PETRUS EP. Oxomensis.

Hymnus.

Inter viros charissimos,
Hispaniæ quos Gallia
Transmisit olim, te, PETRE,
Sydus refulgens, contulit.
Mauros Toleti, belliger,
Alphonsus oris depulit:
Multùmque nostra servitus
Longò jugò se vindicat.
Oxoma Pastorem PETRUM,
Doctum, pium, nanscisciture
Hic Templa sarcit diruta;
Simulque condit nupera.
Gregem beatis moribûs
Pascit, decorat; orphanus
Annos trecentos Præsule,
Virtute floresçit brevi.
Magnis nitet miraculis:
Educit undas ilice,
Hostis domatur Dœmone,
Mauros cadaver effugit.

Epigramma.

Oxomensis adest Præsul, qui, diruta quondàm
Gente sub infidâ, Templa vetusta novat;

Ille

Ille brevi obtinuit, Populum virtute vigere,
Cui Maurus rapuit pascua sancta diu.

FESTUM (vulgò) de la PORTIUNCULA; seu S. MARIA ANGELORUM.

Angelicis sociata choris ubi Virgo frequentat;
Francisco Christus Cœlica dona dedit:
Fervens hinc Populus plorat delicta; salubre
Virtutis, misso crimine, carpit iter.

S. STEPHANUS, P. M.

Sancivit STEPHANUS Populo decreta fideli,
Exemplis multos, & trahit ore, Deo:
Dùm colere exhorret Martem, Mars decidit aris,
Terra tremit: STEPHANUS, sed tamen; ense perit.

III.

INVENTIO S. STEPHANI, Protomartyris.

Dùm STEPHANI, & Comitum jacuissent Corpora turpi
Sede, parat dives pulchra Sepulchra Deus:
Mirantur portenta homines: Tumulôque sub uno
Laurenti, & STEPHANI Corpora Roma tegit.

)(§)( )(§)(✠)(§)( )(§)(

IV.

S. DOMINICUS, Ordinis Prædicatorum Fundator, C.

Hymnus.

Hic Matris gremiô Canis, prementis
Pulchram dente Facem, notam ferebat:
Charos, nempe, Greges feris ut olim,
Vivax, protegeret lupis, monebat.
Stellam fronte gerit, notatque: cœcas
Ut pellat tenebras; ut ore doctô
Delusos doceat viros; Deoque
Ut jungat, viriis procul fugatis.
Ergo, cum Socijs simul per Urbes
Clamat justitiam, scelus reprendit:
Noctem luce fugans, diem nitentem
Exemplis trahit, atque voce firmat.
Ut luctus inopis levet, libellos
Vendit, quò pretiò tamem repellat:
Hinc formata Cohors librîs triumphat;
Sic docta est Soboles, datis libellis.
Dùm vult urere Christus igne terras,
Hic dextram reprimit: Precumque formam
Monstrans, conciliat viris MARIAM,
JESUM mitigat, atque damna tollit.

Epi-

Epigramma.

Ore facem gestans catuli sub imagine, noxis
DONINICUS gelidam, fervidus usit humum:
Ordine formatò, defendit Ovilia Christi,
Queis parat, expulsis, pascua sana, lupis.

V.

S. MARIA V. AD NIVES.

Hymnus.

Vis sede collis, celsior,
Virgo, frequenter percoli:
Ut indè, visa, latius
Et te videntes protegas
Tu, Sanctitatis vertice
Locata, cunctis emines:
Ergo, decebat, altior
Ædes sit in fastigio.
Tu, puritatis gloria,
Excedis omnes Virgines:
Candore, quadrabat, Nivis
Struenda signetur Domus.
Extinguis ipsa, aut mitigas,
Cœcas faces mortalium:
Æstate Nix infervida
Situm calentem temperat.

Te-

Tetrô negrescit crimine
Plerumque tellus : tu Nive
Candente, Virgo, purior,
Mores nitentes suggeris.

Epigramma.

Ignibûs urgebat, calidîsque vaporibûs æstas,
Præcoce dûm collis candicat Urbe Nive:
Templum Virgo notat : scelerum notat igne cremandos
Sæpe viros, si non temperet illa faces.

S. AFRA, M.

Effera luxuries miserè succenderat AFRAM;
At mox Lustralis stinxerat unda rogos:
Successit divinus amor : stat pectore Christus;
Quem ne depellat, sustinet igne rapi.

VI.
TRANSFIGURATIO D. N. JESU-CHRISTI.

Hymnus.

JESUS, splendifero Sole micantior,
Cui vestis gelidâ præ nive candicat:
Fulget vertice montis,
Et testes adhibet pios.
Tunc vox personuit, lapsaque nubibûs,
Primùm terrefacit, posteà recreat:
Doctorem, notat illa,
JESUM terrigenis datum.

Plausus inter ait : tædia, verbera,
Quot spectent Solymîs ! quàm fera nex premet !
Lætis, scilicet, addit,
Quę promptè luet, aspera.
Desertô referat culmine gloriam,
Nugas urbe palàm qui feret horridas :
Laudes damnat inanes,
Addens opprobrijs decus.
Petrus certat vivere perpetim :
Per pœnas Patriam quærere Cœlicam ;
Christus prę̃monet : illuc
Per pœnas aditus patet.
Ergo, sydereis qui cupit in thronis
Fulgere, eximiis auctus honoribûs :
Pœnas hìc amet : Orbis
Fascinans fugiat jubar.

Epigramma.

Lucibûs innumerîs excelsô in Monte refulget
CHRISTUS, & ad plausus Lexque, Propheta, venit ;
Gloria Discipulos plectendi postea firmat ;
Nos quoque per pœnas præmia adire, docet.

S. XISTUS, P. M.

Qualia XISTE, mones, spectent tormenta, Levitam ;
At prior in pœnas fortiter ipse ruis.
Et nobis suades : monitîs quot robora fundas,
Afflatus prunis, ritè Levita docet.

VII.

S. CAJETANUS THIENÆUS, C. Fundator.

Hymnus.

Oblatus hic est Virgini
Ætate primâ : Parvulum
Civesque Sanctum nuncupant,
Nomenque complet moribûs.
Pòst, maior, Aulam deserit,
Servitque morbô squallidis:
Cleri nitorem promovet,
Pios Sodales congregat.
Qui rebus instent Cœlicis,
Curîs remotîs sæculi;
Nec possiderent redditus,
Sed sponte missîs victitent;
Orationi perdius,
Per noxque, totus deditur:
Huic Virgo JESUM tradidit,
Ut dulcis amplexu premat.
Hunc ira vexat militum,
Populique mox discordia,
Noxîs frequenter pullulans,
Dolore vitam terminat.

Epigramma.

Iste, Dei Matri teneris oblatus ab annis,
Sanctus erat dictus, dùm puer esset adhuc;

Divini cultûs studiô parat Agmina sacra:
Instituit mores, Hæresis arma fugat.

S. DONATUS, EP. & M.

Aufugis à Patria, metuens tormenta, DONATE;
Fis Præsul, passus verbera, ab ense cadis:
Præbuit exemplum Genitor, Genitrixque, triumphos;
Firmavit pavidum fortis uterque Parens.

OCTAVA S. P. N. IGNATIJ.

IGNIUS, ut plures formaret ad æthera cives,
Incertus Cœli, degere mallet humî.
Certa salus præsens illi postponitur: anceps,
Serviat ut Domino, vult procul esse Polô.

VIII.

S. MARINUS, M.

Verbera dilaniant, secat ungula sæva MARINUM,
Stipite defigunt, objciturque feris:
Dira senex patitur: grandævâ ætate triumphat:
Obstupuit tellus, obstupêre Poli.

SS. CYRIACUS, LARGUS, & SMARAGDUS, MM.

Ingeminat fervens exempla CYRIACUS Orbi;
Non animum carcer, pixve liquata, domat:
Antè petit rhedam tuus, ò, pie Christe, triumphus!
Denique, cum Socijs, funera lætus obit.

SS,

SS. JUSTUS, & PASTOR, Fratres, & MM.

Hymnus.

Pueris vincit cruda ferocis
Corda Tyranni Conditor Arcis:
Duplici Fratri, teneris annis,
Cogitur ardens cedere tortor.
Dùm schola libris erudit, ambo
Præsidis ædes Pueri tendunt:
Ire per enses, vincula, & ignes,
Juvat, ut dulcem recreent JESUM.
Animat Fratrem JUSTUS, atroces
Ut ferat ictus; PASTOR & illum
Voce vicissim roborat: audax,
Ut domet acres Præsidis iras.
Timuit vinci Tortor; & horrens,
Jubet, occultè perimi cultrò:
Hilares ferro colla cruento
Tribuunt, celsas rapiunt palmas.
Nunc quoque fusi signa cruoris
Rutilant saxò. Populus dulces
Celebrat jugi Pueros cultu:
Plebis & illi munera solvunt.

Epigramma.

Præsidis effrænos JUSTUS, PASTORque, furores
Ridentes, subeunt vulnera, flagra, neces:
Vincitur à Pueris armata potentia Mundi;
Visque Tyrannorum, plena rubore, pavet.

IX.
VIGILIA S. LAURENTIJ, M.

Regna domat, subditque jugo, bellîsque tumescit;
Te unum LAURENTI, vincere Roma nequit:
Illa, furens, gladios geminat, crateſque voraces:
Tu palmas, rideṇs inter acerba, legis.

X.

S. LAURENTIUS M. & Levita.

Hymnus.

Tyrannus optat fortem, te LAURENTIUM,
Domare flagrîs, igne, cęde, contumax:
Ardebat aurum, Theſauroſque, providus,
Quos ipſe tradis antè turbis pauperum.
Hinc ille, cœcus irâ, pręceps, ſtrenuum
Flagrîs, jubet, cœdi cruentis Martyrem:
Inſultat iſte lividis tortoribus;
Plùs hi furunt; triumphat ſed LAURENTIUS.
Fervente crate prunîs inſternunt truces,
Ut lentus ignis tardiùs combureret;
Sed vincit ille flammas, lictores domat:
Irridet iras, provocans, ut ſæviant.
Aſſum latus, monet, quò crates alterum
Comburat igne candens, versô corpore,
Dirus ſtupet Præſes, tortorque expalluit,
Mirantur omnes, territi, victorias.

Pru-

Prunas amor domat, qui fervet pectore.
O fortis! ò Levita, fama celsior!
Excedis, uber laureis, encomia!
Virtute, clemens, nostra corda robora.

Epigramma.

Roboris exemplar, LAURENTIUS emicat, acres
Qui fecit gelidos pectoris igne rogos:
Suppositas prunas divinus proterit ardor;
Utque torus, crates flammea, blandus erat.

XI.

S. TIBURTIUS, M.

Ceu rosa pruna tibi succensa, TIBURTIUS, extat:
Ignis edax sanctis succubuit pedibus:
Numinis imperio cedunt elementa, necesque:
Nemo nocet, cui non copia facta Dei.

S. SUSANNA, V. & M.

Nobilitate viget celebris SUSANNA, virumque
Respuit illustrem virginitatis amor:
Nulla pudicitiam superant tormenta; triumphans,
Dura, inter gladios, funera, læta, vorat.

XII.

S. CLARA, V.

Hymnus.

Licèt Propinqui te volunt,
Frui caducis commodis.

Opes inanes amovens,
Servire vis soli Deo.
Humi cubans, jejuniis,
Pœnisque, corpus subjugas:
Morbi molestant perpetes;
Tu pensa morbis adijcis.
Castas Puellas dirigis,
Exemplar ipsa prævium:
Domique clausæ, Cœlica,
Mundô remotæ, cogitant.
Clausura sacras Virgines
Quæ vallat inter mœnia,
Ex te trahens originem,
Te jure magnam prædicat.
Detrudis ex muro Domûs,
Domo minaces Barbaros:
Tuente, fortis, Hostiâ,
Sponsas tueris Numinis.
Dùm scandit astra spiritus,
Sectantur almæ Virgines;
Quas inter una promicans,
Regina Cœli noscitur.

Epigramma.

Corpore CLARA Dei laribûs fugat impia castra;
Et Socias certîs ducit in astra viis:
Saucia languebat, morbô cruciata tenacî;
Ægra, tamen, fugiens otia, pensa trahit.

S.

XIII.

S. CASIANUS, M.

Pectore, & ore Fidem servans, CASIANUS Avernum
Despicit: at Pueris præda cruenta datur:
Hos docuit; pigrosque schola mulctabat: & illi,
Ultores, stimulis ob data flagra furunt.

S. HIPPOLYTUS, M.

Cæditur HIPPOLYTUS virgis, equus avia spinis
Per loca discerpit, dilaceratus obit:
Ille domi sacras fervens cùm sumeret Eucas,
Prenditur: hinc adeò roborè fortis ovat.

XIV.

VIGILIA ASSUMPTIONIS B. MARIÆ V.

Parcite, mortales, planctu, quòd sydera Virgo
Scanderit: è Cœlo blanda Patrona favet:
Mente erat in Cœlo, dùm terris vixerat; illam
Nunc habet in terris, Æthere dùm residet.

S. EUSEBIUS, Presbyter, & M.

Clauditur EUSEBIUS septenò mense cubili,
Ingeminátque frequens vota, precesque, Deo:
Seiunctus turbis, memorat Cœlestia tantùm;
Et Cœlos, plenus Numine, dives adit.

AS

XV.

ASSUMPTIO B. MARIÆ V.

Hymnus.

Festivîs rutilent sydera lucibûs;
Nam Summi Genitrix Principis assidet
Auratîs soliò, plena nitoribûs,
Vicinô Sobolis throno.
Scandenti Superûm Regna micantia
Plaudit lætificîs Curia vocibûs:
Occurrit, meritîs laudibûs evehens,
Matri Filius obviam.
Aptat Cœlipotens pòst diademata
Materno capiti: publicat omnium
Reginam: modulîs tunc pius inclytîs
Sanctorum celebrat Chorus.
Nec Virgo tetricâ valle gementium,
Celsîs alta thronîs, immemor, emicat:
Procurans miseris sacra levamina,
Natum perpetuò rogat.
Divinîs opibûs ditat ab Æthere:
Hostes ut pereant, robora suggerit:
Est partim nitidæ gloria Virginis
Nobis auxilium dare.
Ergo, ne lachrymîs Terra dolentibûs
Absentis Dominæ funera defleat;
Nam, quamvis habitet corpore sydera;
Ast terras amor incolit.

Plau-

Plausus adijcimus nos quoque plausibus,
Quèis te concelebrant agmina Cœlitum:
Da, Virgo, superis sedibus additos,
Te nos pangere perpetim.

Epigramma.

Virginis ornabat mirè præsentia terras,
Cumque illâ tellus æmula Solis erat:
Invidet hoc Cœlum: rapuit: super astra levavit;
At, plùs Sole nitens, nos magis indè fovet.

S. THARSICIUS, M. Acolithus.

THARSICIUS sacram gestat, celatque Synaxim;
Et negat indignis, veste tegente, Deum:
Hi palis, saxisque necant, vestesque requirunt;
Hostia sancta, tamen, nullibi visa fuit.

XVI.

S. HYACINTHUS, C. Ordinis Prædicatorum.

Hymnus.

Columna vastę clara Poloniæ
Mundum coruscis lucibus imbuit;
Ut luderet fraudes Averni,
Pauper, amat latitare cellis.
Hic Dignitatum cedit honoribus;
Inops ut hostes disipet inferos,

Pro-

Proventibûs cedit caducîs:
Subditus esse cupit cuique.
Almæ Cohorti deditus assecla,
Clamans, sceleſtos terrificat, docet:
Gaudetque, Christo restitutos,
Deinde sacras peragrare metas.
Noctes, precando, transfigit integras,
Corpus furenti verbere dissecat:
Humi curbans, nixulve saxo
Martyrium patitur perenne.
Transit reclinans flumina palliô:
Exauget Agmen Cœnobiis frequens:
Auramque mortalem reliquit,
Quâ pia Virgo die recessit.

Epigramma.

Virginis Assumptæ Festô petit astra HYACINTHUS,
Virgineoque die funera lętus obit.
Ordinis ampla sui construxit Tecta; Polonos
Sedulus instruxit, Sacra alimenta dedit.

S. ROCHUS, C.

Divitias horrens, cessit ROCHUS æde paternâ;
Sponte procul ducit tempora, factus inops:
Ulcera dira, canis linguâ lambente, fovebat;
Inde ROCHUS sanat corpora cæsa lue.

DO-

XVII.

DOMINICA INFRA-OCTAVAM Assumptionis B. Mariæ V.

S. JOACHIMUS, PATER EJUSD. B. M. V.

Hymnus.

Annuit votis, JOACHIME, Cœlum:
Annuit longis precibus: decoram
Dotibûs, tradit Sobolem; medela
Hęc erit ęgris.
Educat Prolem JOACHIMUS almam,
Sedulus; nullîs, tamen illa curis
Indiget, primis holocausta ab annis
Quæ dabat astris.
Hęc, puellarum fugiens catervas,
Sola inardebat tacitos recessus:
Et vacans semper precibus, caducum
Despicit Orbem.
At senex charam Domino Puellam
Reddit: in Templo statuit: nitenti
Sustinet Natâ subitò carere,
Sustinet angi.
At resignati gemitus potenter
Munerat Factor: dedit, hic quietam
Degeret vitam: tribuitque, largus,
Præmia Cœlô.

Epi-

Epigramma.

Festinent miseri, spectat JOACHIMUS, ad eius
Omnia concedit Filia Sancta preces:
Anxia Virgo cupit cunctos ditare, Parensque
Cum tali, & cupidè Prole favente, favet.

OCTAVA S. LAURENTIJ.

Tristitiam, nostrosque metus, sibi sumpsit JESUS;
Et sua militibus robora tradit, amans:
Hinc tu, LAURENTI, Christi virtute triumphans,
Succensos rides, Orbe stupente, toros.

S. LIBERATUS, ABBAS, M.

Figeris in ligno, quò te, LIBERATE, cremaret
Flamma; sed hæc artus urere blanda nequit:
Percuteris remis, franguntur tempora, dulci
Scandis & in Cœlos, hostia grata, Deo.

XVIII.

S. AGAPITUS, M.

En Puer; at validum, constantior ille, Tyrannum
Subjugat: emicuit Conditor in Puero.
Frigide cede timor: nil vis humana nocebit:
Cum pueris subigit strenua castra Deus.

XIX.

S. LUDOVICUS, EP. & C.

Portentis LODOICUS ovat, virtute refulget,
Christigenoque parat pascua tuta Gregi:
Gallorum laus magna nitet; laus magna Minorum,
Præsulibus rutilat Præsulis arte pharus.

XX.

S. BERNARDUS. ABBAS.

Hymnus.

Fœminas crebrò speciosa captat
Forma BERNARDI, vehementer ardent;
Ille, servando niveum pudorem,
Angelus extat.
Dùm fugit Mundi sterilem figuram,
Callidi certant retinere Fratres:
Eloquens illos superat; coëgit,
Temnere terras.
Et simul vincit juvenes triginta;
Cum quibus Cellis latitat beatis:
Hic, procul turbis, documenta Cœli
Aurit anhelus.
Alta virtutum juga, tarditatem
Defugans segnem, volat: hic Magister
Fit brevi morum reliquis; piasque
Dein struit Ædes.

Pace-

Pace discordes sociat : libellis
Educat Mundum : celebrat MARIAM,
Dulcis ; at Virgo , generosa , blandò
Ubere lactat.

Epigramma.

Cœlestis , BERNARDUS , apis dulcedine Mundum
Pavit , mellifluis pascit & usque libris:
Gloria tota fuit charam celebrare MARIAM,
Et castò lactans ubere Virgo fovet.

XXI.

S. BASA , & tres EILIJ , MM.

Tres BASA confortans Genitos , tormenta subire,
Suadet ; cumque piis Prolibus ense perit:
O felix mulier ! non te mundana fefellit
Larva , propinatis insidiosa dolis.

XXII.

OCTAVA ASSUMPTIONIS B. MARIÆ V.

Te memorat mortale Genus , Regina , vocatque,
Cuius tu miserans , immemor esse nequis:
Bella nocent , labor atque premit , morbique fatigant;
Tu , tamen è Cœlo dulce levamen ades.

AD

AD SS. COR B. MARIÆ V.

Hymnus.

Cor dulce blandæ Virginis,
Præstans sapori melleo,
Mitique lanâ suavius,
Hominum dolores recreat.
Illud medetur tædia,
Iucunda fert solatia:
Ab hoste sævo vindicat,
In astra servos ordinat.
Hôc Corde regnat lenitas,
Pietasque sedem collocat;
Abscedit indè duritas,
Procul fugit severitas.
Præstat favo dulcedine,
Blandis rosis est blandius:
Numquàm reis iratcitur,
Semper tuetur comitet.
Est iris, est sydus pium;
Cœlum serenat asperum:
Frænat rigorem fulminum,
Compescit ignes, ne vorent.
In Corde Christus Virginis
Se conspicit, ne diruat
Animos protervos, & rigor
A Corde dulcescit pio.
Ad Cor Mariæ currite,
Qui criminum voragine

Merſi, timentis opprimi:
Eſt tuta cymba naufragis.

Epigramma.

Virginis eximiæ recreantur ſydera CORDE:
Virginis & blandô CORDE hilareſcit humus:
Hoc mulcet ſuperos: levat hoc in valle gementes:
Hôc cum CORDE quies: hoc ſine CORDE labor.

S. THIMOTHEUS M.

Carceris ærumnas, & vincula dira TIMOTHEUS
Perpetitur, corpus calx quoque viva cremat:
Enſe perit tandem. Vicit formido Gehennæ
Tormenta, accelerant quæ peritura dies.

XXIII.

VIGILIA S. BARTHOLOMÆI, Ap.

BARTHOLOMÆUS iter Fidei dum pandit, & Urbes
Aggregat Imperio voce potente Crucis:
Impius Aſtyages, Myſtarum percitus irâ,
Detraxit pellem, lividus enſe necat.

* * * * * * * * *

S.

S. PHILIPPUS BENITIUS, C. Fundator Ord. Servor. Dolorosiſ. B. M. V.

Hymnus.

Voce clarus incitat
Recens PHILIPPUS, ut Parens redonet
Servulis ſtipem Dei.
Gravis iocos fugans, timens procellas,
Urbe cedit: abditur
Specu: Deum colit: jugat, cruentus,
Membra ſæpe pœnitens.
Dolor, tamen, placet, Crucem notando,
Quæ pium necat Deum.
Dei Parens monet, ſequatur eius
Deditos Doloribus.
Libens adit, truces gemit Dolores;
Atque, voce fervidus,
Viros domat tragedijs MARIÆ.
Præſul ille, ſubditos
Docere mittit Ætheris coronas,
Et Crucis ſacrum decus.
At ipſe placat, ira quos vorabat:
Pace corda recreat;
Patrique ſubdit almo: lenit omnes.
Lepra veſte corruit,
Ut ille pauperi dedit, benignus.
Monte devio latens,
Fugit Thronum, minante ſorte, Primum.

NOTA *Secundi quique verſus ſolis conſtant jambis.*

Impetratque, balneis
Ut omnis æger integret salutem.
Moribus nitens piis
Crucem premens manu, liganſque cordi;
Dulciter Deum vocans:
Polum petit, videre, quem peribat.

Epigramma.

Qui Pœnas memorent, Tormentaque multa MARIÆ
Cœlesti methodo, congregat iſte Viros:
Divinus præco, Chriſtum per plurima regna
Intonat, & mulcens pectora, bella fugat.

XXIV.

S. BARTHOLOMÆUS AP.

Hymnus.

Verbis ſalutis Indiam
Convertit hic, & Armenos:
Dùm plura damna ſuſtinet,
Plùs recreant & gaudia.
Subdit Cruci Polymium,
Einſque vincit Conjugem;
Urbes frequentes expiat
Puri Lavacrò gurgitis.
Myſtæ ſed his Gentilium
Iras, cruenti, concitant:

Re-

Regisque Fratrem commovent,
Ut tollat indè Apostolum.
Tunc ille cœcâ insaniâ
Bacchatur, & demens furit:
Vivæque pellem detrahi,
Decernit, & scindi caput.
Hæc Divus inter, nobilem
Tantis triumphis, spiritum
Transmittit in Cœli Domos,
Ibique regnat præpotens.

Epigramma.

BARTHOLOMÆUS adest, qui, Numine plenus, Eoos
Adduxit Populos ad juga sancta Crucis:
Huic pòst detrahitur vivò de corpore pellis;
Dumque ruit gladiò; sydera scandit ovans.

XXV.

S. LUDOVICUS, REX GALLIÆ.

Hymnus.

Blanchâ Parente, moribûs
Rex educatur optimis:
Cum lacte junctum fuxerat
Sanctum timorem Numinis:
Languore pressus, cogitat
Inferre sancta prælia:

Sanatus, ut recuperet
Almam Sionem, navîgat.
Hostes feroces impetu
Primô fugavit; sed lue
Grassante, cæsô milite,
Captivus ipse traditur.
Vinctîs solutîs plurimîs,
Aliquot refectîs urbibûs
Datisque Christo Barbaris,
In Gallam revertitur.
Bellô resumptô, denuò
It Barbaros compescere;
Sed peste vitam finiens,
Victor triumphat Æthere.

Epigramma.

Gloria Francorum, Regum quoque norma piorum,
Sinceræ Fidei fax, LODOICUS adest.
Emicat, abductas dùm Christo colligit urbes;
Pressus at extremîs, plùs micat ille, malîs.

XXVI.

S. ZEPHIRINUS, P. & M.

ZEPHIRINUS honor Cleri; decus atque, Ministris,
Anxius invigilat, fulgeat Ara probis:
Selectum postquàm Populum pius instruit, ornat,
Martyrij clarus stemmate, in astra migrat.

TRANS-

XXVII.

TRANSVERBERATIO CORDIS S. THERESIÆ, V.

Cœnobia instituit sat plura THERESIA, laudes
Cantet ubi Sponso plurima Sponsa Deo:
Quæ referat Divinus Amor? Transverberat igne,
Construat ut sponiæ pectore flamma thronum.

S. EUTHALIA, V. M.

Te Frater gladiô, pretiosa EUTHALIA, cædit,
Quòd Christo dederis nomen, eumque colas:
Tu Fratris delicta doles, miserosque reatus;
At fortî, & placidô, funera corde subis.

XXVIII.

S. AUGUSTINUS, EP. D.

Hymnus.

Errore, Dive, pulsô luce Cœlicâ
Ex hoste fis Ecclesiæ Doctor, Pater:
Fugansque corde pristinas libidines,
Castus pudicis deinde splendes moribus.
Cùm melleus lavat Præsul Baptismate,
Pangis melos Deo, fers laudes inclytas;

Peccata ploras, tristi corde pœnitens;
Noxis remissis, magnâ fulges gratia.
Amoris igne fervet, sacris æstuat
Flammis Viri pectus, librisque incendia
Induit, uber, frigidis lectoribus;
Virtutis hique prompti festinant vias.
Vivace mente solers, acris, perspicax,
Hic Hæresum nigram noctem splendor fugat;
Bellò timent vocem præsentis strenuam:
Horrent libiorum, debiles, energiam.
Exornat hic doctrinæ luce Ecclesiam,
Defendit hoste, mores suadet inclytos:
Monet laborum, multus, sancta commodat;
Docet Dei Regnum cunctos perquirere.

Epigramma.

Augustinus adest, Fidei radiata Columna,
Quæ certam populis monstrat in astra viam:
More volans Aquilæ, ingenio supereminet Orbes;
Verum, ceu Doctus, sic erat ille Pius.

S. HERMETES, M.

Dùm cadis, Hermetes, tormenta ferocia passus,
Incendis timidos ad sacra bella viros:
Delicias, & opes renuis, fastusque fugaces;
Unus, enim, Christi corde triumphat amor.

DE-

XXIX.

DECOLLATIO S. JOANNIS BAPTISTÆ.

Hymnus.

Percursor atros Principis
Dùm fervidus redarguit
Mores, cruentas fœminæ
Iras subindè concitat.
Ne Fratris uxorem toro
Iungat scelestô, prænonet;
At illa turpî pectore
Dolos, minasque, cogitat.
Natalis Herodes diem
Lautîs colit convivîis:
Saltu puella recreat,
Saltûsque poscit præmia.
Caput JOANNIS postulat;
Hoc præmium lasciviæ:
Caput Prophetæ scinditur,
Offertur inter fercula.
Pavore mensas territat;
Vel mortuus, lasciviam
Reprendit; & tantum scelus
Ne cernat, abdit lumina.

Epigramma.

Qui dederat quondam saltus in ventre Parentis,
Dat jugulum, pretium saltibus, ipse modò.

Sisti-

Sistitur obscœnis Caput insuperabile mensis,
Increpat hîsque magis, voce silente, scelus.

S. SABINA, M.

Coniugiô, & Genere, effulgebat in Urbe SABINA:
Christi discipulam sed magis esse iuvat:
Damnatur capitis, vanas quòd rideat aras:
Elpidius, voce dùm dabat illa stupet.

XXX.

S. ROSA, V. LIMANA.

Hymnus.

Inter rosas America
Te protulit pulchram ROSAM:
Virgo decorat Virginum,
ROSAM MARIÆ nuncupat.
Puella crines aureos,
Ut tonsa, vites nuptias,
Scindis, triumphô & arduô
Fis castitatis regula.
Longos dies abstemia
Traducis; & solô Cibô,
Quem Christus aris præparat,
Refecta, pensa conficis.
Morbis molestis æstuas,
Linguę fatigant invidæ:
Cœlumque sistens iubila,
Subindè tentat aridam.

Ter-

Terrore larvæ Dœmonum
Turbare, certant; tu, tamen,
Oratione immobilis,
Ausus protervos diluis.
Sui Rosam cordis vocat,
Cupitque JESUS, sponsa sis:
Tantô favore Numinis,
Excellis inter virgines.

Epigramma.

Divite sorte ROSAM produxit America tellus;
Vultus & infantem prodidit, esse Rosam:
Ceu ROSA florescens, roseos inspirat odores:
A JESU, & Matris dicitur ore ROSA.

SS. FELIX, & ADAUCTUS, MM.

Fortis in os statuæ FELIX dum conspuit, in te
Conspuerat, Dœmon, qui capis arte viros:
Ad loca supplicij trahitur: miratur ADAUCTUS,
It comes, & gladius dùm necat, astra petunt.

XXXI.
S. RAYMUNDUS NON-NATUS, C.

Hymnus.

In puero virtutem omnes mirantur adultam,
NON-NATE, splendor Orbis, luxque fulgida.

Dif-

Dissecto è latere eductus, quam fata tulerunt;
Matris, notabat infans grande quidpiam.
Incubuit primò studijs: rurique, jubente
Mox Patre, viram ducit, cultor diligens.
Virginis hic fervens recolit, visitque sacellum:
Et virgo fidum dirigit clientulum.
Ordine formatò nuper, vult, ille triumphet,
Christi vocatos voce vinclis eruens.
Militiæ adscriptus, se se virtute paravit
Ad bella, castus, fortis, mitis, subditus.
Solveret ut vinctos, Libycas accessit ad oras:
Cœcisque crebros eripit ergastulis.
Ut Fidei, exhaustis numis, discrimina tollat,
Vinctos pius solvit, se tradit pignori.
At Mauros Christo vehemens dùm voce domat:
Turpi renectum barbari custodiâ.
Mollia labra dein crudelis perforat ira,
Clauditque ferâ, ne plùs Christum vocitet.
Indèque, Purpurei factus pars clara Senatûs,
Pompis abhorrens, emicat sublimior.
Cardonæ morbò languet, dùm pergit in Urbem:
Qui Pane firmet Cœli, tardat Presbyter.
Ordinis ast Habitu induti, sacra Pabula portant;
Cibumque porrigunt, plaudentes, Angeli.

Epigramma.

Floruit, ut Sanctus, teneris NON-NATUS ab annis,
Augebatque simul cum pietate, dies.
Virginis admonitu captivos carcere solvit;
Vincula, quò plures liberet, ipse subit.

SEPE

SEPTEMBER.

I.

S. ÆGIDIUS, ABBAS.

Epigramma.

ÆGIDIUS, Regum celsos oblitus honores,
Ut laudem vitet nominis, antra petit:
Pascitur hic herbis; lactans, tamen, ubere cerva
Atraxit, fugiens, quod fugit ille, decus.

II.

S. STHEPHANUS, Rex Hungariæ.

Hymnus.

Te dulcî canimus lyrâ,
Fervens Hungaricæ Gentis Apostole;
Cui das regia nomina,
Quam claris Fidei lucibûs imbuis.
Quam Sedi subigis Petri:
Patronâ stabilîs Virgine Posteros.
Hìc clemens inopes alit,
Totas, quos refovet, distribuens opes:
Ægros visitat, & levat:
Incorrupta tulit dextera præmia.
Noctes transigit integras,
Cœlo mente vacans: sensibûs orphanus,

Vos

Velox fertur in aëra.
Instruxit Genitum, gnavus, Emericum.
Summi jussio Præsulis,
Hunc præferre Crucem, jure renuntiat.
Condit pluribus in locis,
Quæ Divos recolant, Templa micantia.
Matrem Numinis evehit;
Hæc, quâ luce Polos scanderat, hic subit.
Mortem dùm pius oppetit,
Jucundîs recreat corpus odoribûs.

Epigramma.

Hungaricæ Gentis præclarus Apostolus ornat,
Ardua multa vorans, subdita corda Fide:
Romanæ subdit Cathedræ sua regna, MARIÆ
Sacrat: it Assumptæ Virginis astra die.

S. ANTONINUS, M.

ANTONINE, probant te pax, te bella vicissim;
Antra parant pacem, prælia fertque Fides:
Venantûm reperit latitantem cœtus in antro;
Dùm caput abscindit lethifer ensis, ovas.

III.

S. SERAPIA, V. M.

Ausu te juvenum petulante, SERAPIA, Christus
Eximit, ardenti vindicat atque rogo:

Ver-

Verbera dilacerant, secat ascia curva cerebrum;
Is Virgo, & Martyr, victima grata, polum.

IV.

S. ROSALIA VIRGO PANORMITANA.

Hymnus.

Abditô, Virgo, latitans in antrô,
Despicis Mundi speciem caducam:
Nil vocat splendor, trahit aut voluptas,
Nec decor auri.
Ut foret constans animus manendi
In specu, saxîs juvat exarare
Vota, quæ Christo, stabilis, peroptat
Sola vacare.
Maius ut firmet studium domandi
Quidquid in Mundo placet, aut subornat;
Propriùs Tectis Patrijs, cavernâ
Clauditur arctâ.
Non procul cernit Patriam Panormum,
Non lares longè rutilant aviti:
Cernit; at temnit: velut exul, Orbem
Censet inanem.
Herba dat victum, latices & haustum;
Est humus lectus, sociæque petræ:
Cœlites solam relevant: supernos
Recreat ipsa.

Epigramma.

Luſtrô ſe claudens tetricò ROSALIA Virgo,
Eſſe nimis tetricas, prædicat, Orbis opes:
Clauſa foraminibus petræ fiet, mœſta columba;
Sed mulcet gemitus Æthere miſſa chelys.

V.

S. LAURENTIUS JUSTINIANUS, Ep. C. F.

Hymnus.

Deus, ſaluſque Patriæ nitet ſuæ,
JUSTINIANUS, Pontifex.
Hic horret Orbis aſtus, vitat retia,
Opeſque vanas negligit.
Hic, dum juventa mulcet, caſtus, ſobrius,
Fraudes cavet luſorias.
Mirantur omnes ſtrenuam conſtantiam.
Fletus Parentum deſpicit.
Chriſti Crucem ſequendo, linquit ſæculum:
Tutumque Portum deligit.
Pœnis domat corpus, flagriſque, ſæviens
Fameque gaudet pallidâ.
Oratione noctes lenit integras.
Fax ſplendet ardens Ordini.
Merens honore, cogitur fulgens decus
Subire, Præſul Patriæ.

Quam

Quam nutrit impiger, sustentat providus,
Tuetur, ornat moribûs.
Vigil, Puellas dirigit: struit Domos;
Communit aptâ Regulâ.
Natalis ille nocte, sacrum dùm facit,
Gaudet, videns Infantulum.
Senex torum repellit, æger, commodum!
Jacetque vilî stramine.
Mortem canore suavi plaudunt Cœlites;
Dulcî triumphant Hospite.

Epigramma.

Derides Mundum, juvenis, Christique vocantis;
Ocyor adproperas, JUSTINIANE, Domum:
Hic Patriæ Pastor, Patriam sustentat anhelus;
Nam fecit meritîs, staret ut illa, suis.

VI.

S. LETUS, EP. & M.

Africa conspicuîs fulgebat Patribûs; at hos
Perdere mille cupis, Rex Hunerice, modîs;
Hos inter LETUS lætô cum pectore flammas
Haurit; & à docto fulgurat ore Fides.

VII.

S. REGINA V. & M.

Vincula, & equuleum, pateris, REGINA, facesque?
Nec potuere foràs mittere corde Fidem:

Hæc altâ radice animò succreverat: Orbem
Temnere, & in superos, hæc facit, ire thronos.

VIII.

NATIVITAS B. MARIÆ V.

Hymnus.

Gaudeat tellus, hilaresçat Æther,
Intremat lugens Barathrum, MARIA
Orta dùm terram recreans, Polumque,
Territat Orcum.
Antè funestis iacuit tenebris
Tota primœvę soboles Parentis:
Splendet Auroræ modò luminata
Luce MARIÆ.
Vindicis quondàm gemuit Tonantis
Icta tot crebrò jaculis; sed iras
Mitigat Virgo, solidatque firmæ
Fœdera pacis.
Axis astrorum, undâ micabat
Luce; sed tellus superavit axim:
Quippe vincentem tenet illa secum
Astra decore.
Ergo, felicem celebremus Annam,
Quę tulit certam lachrymis medelam:
Tota prœclarę tibi cedit, Anna,
Gloria Prolis.
Virgo, quâ Natâ, tenebrosus olim,
Orbis elucet, tibi cordè fidò

Plau-

Plaudit humanum Genus, utque Matri,
Se tibi subdit.
Ore quæ lenis roseô furorem
Judicis Summi, memorare nostri:
Cuius es splendor Generis, benigna
Sis quoque Ductrix.

Epigramma.

Mœsta laborabat tellus, inimica Tonanti,
Obruta diluviô, sæpe cremata rogîs.
Cessabunt iræ posthàc cum Virgine. Terrîs
Iris adest: superas mitigat illa minas.

S. ADRIANUS, M.

Cùm lupus antè foret, fit ovis, Christumque veretur
ADRIADES, uxor quem pia voce iuvat:
Crura, manus, scinduntque pedes, sævique flagellant,
Donec verberibûs viscera diffluerent.

IX.

DOMINICA INFRA-OCT. NATIVITATIS B. M. V.

FESTUM SS. NOMINIS B. M. V.

Hymnus.

Nomen excelsum MARIÆ
Sæpe clament servuli:

Pellit illud cuncta damna,
Dona cuncta comparat,
Et superni lenit iras
Voce solâ Numinis.
Hoc stygis domat cruenti
Bella, frangit robora:
Dat triumphos; datque palmas,
Atque mores inclytos:
Dat caducum corde Mundum
Funditùs depellere.
Nomen istud corde versat,
Versat ore sæpius,
Qui cupit fervore vitæ,
Faustus, astra scandere;
Et nefas vitare, donec
Exul implet tempora.
Illud acres fernit hostes,
Dura vincit prælia:
Nemo tutus, qui MARIAM
Non vocet fideliter:
Pulchra fulget Stella ponti,
Quam videns, non deviat.
Clamet hanc quicumque certat
Sorte faustâ perfrui.
Dona vitæ temporalis
Illa servis pertrahit,
De stygis defendit igne,
Fertque Cœli gaudia.

Epigramma.

Dulce sonat Nomen, quod mulcens suavitet Orbem,
Terrificò turbat flammea Regna sonò:

Vo-

Vocitet Auguſtam feſtus quicumque MARIAM;
Damna fugat dulcî Nomine, dona vehit.

S. GORGONIUS, M.

GORGONIUS Chriſto famulos trahit æde Tyranni;
Error ubi ſævit, fervet & alma Fides:
Verbera dilaniant, urit craticula, acetô
Cum ſale membra fricant, guttura reſte premunt.

X.

S. NICOLAUS TOLENTINUS, C.

Hymnus.

Dive, tuas palmas canimus, partoſque triumphos;
Reſpice vota pius.
Hic ſolô cum pane dies, & tranſigit undâ:
Cætera paſta fugit.
Audijt hic technas Mundi, fraudeſque monentem;
Et ruit Orbis amor.
Spes removet vacuas, cedit proventibûs amplîs;
Caſtra beata migrat.
A victu carnes arcet; jejunus ab eſcis,
Tempora parcus agit.
Aſper veſtitu, ſævus ſe ſæpe flagellat;
Membra catena domat.
Atque humilis, caſtus, manſuetus, ſubditus; ardans,
Languet amore Dei.
Inclinat Cœlos precibûs, longôque precatu;
Et Stygis arma jugat.

Hunc Dœmon flagris cruciat, ne longior oret;
Orat at ille magis.
Ire cupit, poscitque avidus, conscendere Cœlum;
Plorat abesse Polô.
Percipit antè obitum sex mensès dulcè canentes
Angelicas acies:
Ergò die (Socijs quam, præscius, ipse retexit)
Funera sancta subit.
Portentîs clarus, rutilat; blandusque, clientes
Protegit ille suos.

Epigramma.

Abstiruit dapibûs teneris NICOLAUS ab annis,
Illecebrasque horrens, ad pia Claustra fugit:
Contrivit bellô stygios; sex mensibûs audit,
Quálibet Angelicos nocte sonare Choros.

XI.

SS. HYACINTHUS, & PROTHUS, MM.

HYACINTHUS nitet, atque PROTHUS, quos dira bipennis,
Antè flagrîs cæsos morte beante necat:
His Monachos inter fuerat sanctissima vita;
Mox gladios inter mors pretiosa fuit.

)(§)( )(§)(✠)(§)( )(§)(

S.

XII.

S. AUTONOMUS, EP. M.

Cùm daret AUTONOMUS Domino Libamina in aris,
Martirij functus stemmate, in astra volat:
Divinis fervens Epulis, sibi lucra putavit,
Dura pati, & sævæ tradere membra neci.

XIII.

S. PHILIPPUS, M.

Munia Prætoris removes, præclare PHILIPPE,
Moxque salutiferi fluminis unda lavat:
Dein caput orantis resecat distincta securis;
Clarus in Ægypto, clarior Arce nites.

XIV.

EXALTATIO S. CRUCIS.

Hymnus.

Abstulit Crucem Tyrannus,
Atque portat Perfidem:
Et, triumphis insolescens,
Arrogans superbijt:
Multa tristi corde poscens;
Flectit astra Heraclius.

Castra cogit, pervicacem
Ut domaret Chosroam;
Et, Deô monente, vincit
Tres Duces certamine:
Mox Crucem receptat almam,
Sede prisca ut collocet.
Ipse Princeps, veste fulgens,
Ferre lignum cœperat;
At nequit portare, donec
Tollat antè calceos:
Pauperisque more amictus,
Promptus it cum pondere.
Ad locum portatur ipsum,
Quô prius Crux constitit;
Atque lætô corde cuncti
Mille versant gaudia:
Arbori vitæ litantes
Grata sæpe cantica.
Crux, ave, spes certa Mundi,
Arca salvans naufragos:
Tu decus, tu scala Cœli,
Dulce refrigerium:
Es laborum tu levamen,
Tu salus mortalium.

Epigramma.

Perside subjectâ, revocavit Heraclius, olim
Ablatam Solymis, hoste furente, CRUCEM:
Exuit ornatus, humilemque imitatus JESUM,
Ad veterem gestat, paupere veste, sitam.

S. CY-

S. CYPRIANUS, EP. M. Carthaginensis.

Doctrinâ, CYPRIANE, nites, virtute triumphas;
Et Mundi in tenebris splendida lampas ades:
At plusquàm lucem, tenebras cum diligat Orbis,
Exilio mulctat, mox caput ense rapit.

XV.

OCTAVA NATIVITATIS B. MARIÆ V.

Squalebat nuper tetricâ caligine tellus:
Ecce tuo, Virgo, Numine pulchra nitet:
Clarius hoc astrum non Cœlum continet usquàm:
Præsta: splendiferis Virgine terra Polis.

S. NICOMEDES, M.

Plumbatis cæsus, NICOMEDES funera suffert,
Quòd renuat vacuis thus adolere dijs:
Ille Deum, timuitque scelus, timuitque Gehennàm;
In que Fide stabilem fecerat iste metus.

XVI.

SS. CORNELIUS, & CYPRIANUS, MM.

CORNELIUS splendet, pariter CYPRIANUS in alma
Hâc luce; & terris, sydera clara, nitent:
Ille regit populos: scriptis hic educat: ambo,
Pro Christo passi funera, dicta probant.

SS. EU-

SS. EUPHEMIA, LUCIA, & GEMINIANUS, MM.

Vos amor in Christum, Mundô maioribûs orsîs,
Fecit, quidquid amat, temnere, vanus amor:
Allicit haud Mundus, tortor neque terret acerbus:
Est, animam Christo tradere, totus honor.

XVII.

STIGMATA S. FRANCISCI, C.

Hymnus.

Franciscus astris antè biennîô,
Quàm mors adêmit, se parat anxius:
Ascendit Alverni recessus,
Solus ut æstuet igne sacrô
Jeiunus, arcet pabula; menteque
Hæret, nitentem dùm recolit Crucem:
Christum notat Regem, cruentîs
Vulneribûs temerè peremptum.
Cœlô beatos fert Michael rogos;
Cuius decorem Vir bonus ampliat:
Apparet, alîs sex refulgens,
In Cruce mox Seraphim refixus.
Prœpes volatu, proximus & Viro,
Huic quinque figit Vulnera; lanceæ
Plagâ latus, clavosque fixos
In manibus, pedibusque, cernunt.

Stant

Stant vulneratô corpore Stigmata;
Artuſque fusô ſanguine defluunt:
Celat favorem ſingularem;
Evehit aſt humilem Creator.

Epigramma.

Corpore FRANCISCI renovans ſua Vulnera, Chriſtus
Ignitîs jaculis urere certat humum:
I cunctas, FRANCISCE, plagas; videare per Urbes;
Ure, Dei monſtrans STIGMATA ſacra, Viros.

S. PETRUS ARBUES, M.

Hymnus.

Numen à primis, ſtudioſus, annis
PETRUS obſervat, reveretur, ardet:
Quòque plùs creſcit, magis in beato
Creſcit amore.
Litteris, maior, vigilanter inſtat:
Complacet jugî bonitate Cœlo:
Mox, ſacros inter Socios, perennis
Laudat JESUM.
Fama virtutum celebrat; potentes
Hinc colunt Reges: Fidei tuendæ
Jura committunt; animoſus ille
Munia complet.
Durus Hebræis, facit, ut fugentur
E pio Regno: temerè relapſos,

Blan

Blanda ni flectat pietas, severus
Judicat, urget.
Ast necem tentat malesuada Proles;
Atque ficarî, pretiò vocati,
Nocte solventem pia vota Christo
Ense trucidat.

Epigramma.

Scis bene PETRE, neces quòd Gens Judea minetur;
Plùs, tamen, ad palmas tunc vocat alma Fides:
Gnaviùs officio incumbis; Martyrque, Sodales,
Ut servent Fidei Dogmata, rite moves.

S. FLOCELLUS, PUER, M.

Pro Christo tormenta subis, Puer alme FLOCELLE;
At pœnas inter gaudia sentit amor:
Rictu te patulò laniandum bellua spectat:
Tu sponte immiti traderis esca feræ.

XVIII.

S. THOMA DE VILLANOVA, EP. C.

Hymnus.

Te, THOMA, gratò carmine psallimus
Jucunda dulcem quem Pietas facit:
Ut vestiat nudos egenos,
Ipse sua exuit indumenta.

Claud.

Clausit supremum dùm Genitor diem,
Opes egenis virginibus finit:
Mundumque devitans jocosum,
Ad properat, vigilare Christo.
Inter peritos eminet, & docet:
Fulget Togatis forma Sodalibus:
Portumque perquirens salutis,
Aurelij Domibûs quiescit.
Horrens honores, nominis & decus,
Adire celsos, præcipitur, Thronos:
Dùm fugit hunc, alter levavit:
Sol nitet in solio benignus.
Hic voce, libris; crimina defugat,
Sontesque flammis dimovet inferis:
Et, deditò, lectò, indigenti,
Emoritur, jacuitque languens.

Epigramma.

Vocibûs emollit THOMAS immania corda;
Præsulibusque fuit muneris arte pharus:
Subveniens miseris, vixit pauperrimus ipse,
Nec, moriens, propriô sternitur ille torô.

XIX.

S. JANUARIUS, EP. & SOCIJ, MM.

Hymnus.

Non urit ardens, Dive, fornax, nec cremat
Vestes, capillis haud nocet.

Ve-

Veretur ille pectus igne Cœlicô
Flagrans : rogus sorbet rogum.
Cùm distrahunt mox artuum compaginem,
Hauris dolores anxius.
Hic antè rhedam Præsidis pergit trucis,
Magni triumphus Numinis.
Vinctos sodales allevans in carcere,
Ad sæva format prælia.
Traduntur omnes horridis leonibus:
Hi Præsulis lambunt pedes.
Durę necis dùm profert mox sententiam
Judex, vetatur lumine.
Oratione Divi visus redditur:
Christoque turbę se vovent.
Inflexus at Tyrannus tot miraculîs,
Guttur, jubet, rescindere.
Ensi Cohors pro Christo colla subijcit.
Sortique plaudit prosperæ.
Urbes Patronos singulæ, lætę, ferunt;
Cultuque tollunt æmulæ.
Suumque dives Præsulem Neapolis
Amore dulcî percolit.
Flammas Vesubi frenat ille providus,
Ne sorbeant incendia.
Juxtà Caput liquor blandescit Sanguinis,
Urbi favores indicans.

Epigramma.

Exijt illęsus furni JANUARIUS igne.
Objicitur feris; sed fera nulla nocet.

Dat

Dat caput ancipiti gladio, sanguisque liquescit
Nunc quoque, cum sectum sistitur ante caput.

S. EUSTACHIUS, & SOCIJ MM.

Hymnus.

Dives, atque nobilis,
Effulget iste militum Magister.
Inter alta cornua
Crucem videt cervi, Deumque fantem:
Quanta deinde perferat!
At ille corde strenuô labores
Haurit, ægra plurima
Subit libens. Mox, pauper, Urbe cedens,
Liberos, &, avios
Repente perdit Conjugem per agros.
Factus indè villicus,
Latens, gravante fluctuat procellâ.
Recreat, remunerat,
Deus: pudicam Conjugem redonat,
Liberosque reddit.
Et ille rursùs, hostibûs jugatis,
Urbe clarus emicat:
Dijsque vanis thura dùm librare
Firmus horret, abnegat:
Piæ timet stirpi leo nocere.
Æneâque machinâ,
Rogô flagrante fervidâ, repressos
Ignis uric æstifer:
Vehuntque laudibûs Deum probantem.

Epi-

Epigramma.

Insequitur PLACIDUS cervum: de cornibus huius
Verba Crucifixi mittit imago Ducis:
Auscultat PLACIDUS: Genitos cum Coniuge perdit
Invenit: his, tauri ventre perustus, obit.

XX.

VIGILIA S. MATTHÆI AP. & EV.

Sic erat obstrictus nitidô MATTHÆUS ab aurô,
Ut posset solus rumpere vincla Deus:
Transierat JESUS, tristemque vocavit avarum;
Postque Deum, spretô fœnore, promptus adit.

XXI.

S. MATTHÆUS AP. EV.

Hymnus.

Merces, avarô pectore
MATTHÆUS ardens, congerit;
Cœlique Regni incurius,
Pigratur in telonio.
Sed, indè trasiens, Deus
Aspexit; &, magneticâ
Vî sicut, illum pertrahit,
Et pertrahet per sæcula.

Jesum sequutus, pervigil
Jesu triumphos adnotat:
Testisque tradit conscius,
Scriptô libellô, Posteris.
Gens Æthiops committitur,
Ut lustret, & ornet, Fide:
Et Regis ille Filiam,
Jubet, peremptam surgere.
Mox virgo, Christo dedita,
Regem maritum respuit:
Matthæus auctor, dùm Deo
Fert dona, cæde tollitur.

Epigramma.

Matthæus portans, Hominis sub imagine, Currum;
Axe, Deum resonans, fulminis instar abit:
Terrea despiciens, Cœlestia lucra procurat:
Pro Jesu, censet commoda, dura pati.

DOMINICA III. Septembris.

FESTUM SEPTEM DOLORUM B. M. V.

Hymnus.

Tristis ô Jesu Genitrix, dolenti
Corde tot pœnas gemimus: fidelis
Hic amor nostri, cupimus, cruentum
Temperet ensem.

Hunc senex olim, juveni, notavit,
Ore prælago retegens futura:
Pœna iam cædit, veteri citata
Voce Prophetæ.
Qui dolor pectus lacerat benignum,
Cùm vides JESUM Cruce vilipensum,
Probra portantem Populi, nec ullò
Blanda favore?
Tu nequis illum relevare. Cernis;
At trahit visus magis in dolores:
Lachrymîs, tantùm, datur, & querelîs,
Posse fovêre.
At parùm luctus retrahatur ingens;
Mitiget pectus pia filialis
Turba, quæ tecum lachrymans, sodalis
Fit tibi pœnîs.
Ipsa sub ligno Crucis edidisti,
Plena mœroris, Sobolem decoram;
Heva seduxit: reparas ruinas
Illius ipsa.
Mater es vitæ, velut illa mortis;
Prompta tu pares: renuit jubentem
Illa; damnavit Genitos: refarcis
Ipsa peremptos.
Cerne pœnarum socias phalanges;
Tu præis, turbæ comitantur almæ;
Queis placent luctus, fugiunt dolosi
Gaudia Mundi.
Se gravant pœnis, lachrymîsque gaudent,
Et crucem dulci recolunt amore:
Dirigis servos, patiens Magistra,
Hique sequuntur.

Ut

Ut facis luctûs similes in Orbe:
Sic & æternis facis ipsa Regnis,
Esse festivi comites honoris,
Esse beatos.

Epigramma.

Quàm, pia Virgo, doles, dùm fixum cernis JESUM
Stipite; dum sævam sustinet ille necem:
Exige, ne culpîs detur nova causa dolorum;
Sed luctus recreent integra corda Deo.

XXII.

SS. MAURITIUS, & SOCIJ, MM.

MAURITIUS, SOCIIque dijs cùm thura negarent,
Victrici tradunt fortia corda neci:
Undique cinguntur gladijs; mactantur, ut agni;
Purpureôque solô rore trophæa notant.

XXIII.

S. LINUS P. & M.

Post Petrum LINUS, fureret cùm fluctibûs æquor,
Dirigit, ærumnas passus ubique, Ratem.
Multa piè gessit, scripsit: mucrone peremptus,
Scripsit sanguineîs & sua gesta notîs.

S. TECLA, V. & M.

Hymnus.

Te laude Sanctorum Patrum
Perſæpe, TECLA, nobilem,
Hymni tributò nos quoque
Laudare certamus, Deum
Ne mortis horâ vindicem,
Te, ſentiamus, ſupplice.
Paulô Magiſtrô, culmina
Virtutis hæc aſcenderat:
Chriſtoque proſus dedita,
Sponſum recuſat labilem:
Renuntiat Thamiridi,
Cùm nobili, tùm dibiti.
Ipſi Parentes Filiam
Dant Judici, quò puniat:
Se muniens Virgo Cruce
Trudit rogo; ſed imbribûs
Repente flamma ſtinguitur;
Vaneſcit immanis furor.
Tauris, ferisque, ſævior
Exponit ira Judicum;
Sed bruta Chriſti Virginem
Verentur, & parcunt ſtatim;
Nec foſſa ſerpentum nocet:
Tormenta palmas aggerunt.
In Patriam mox devenit,
Montes recedit invios:

Hìc

Hic sola, Cœlum cogitans,
Preces perennes innovat.
Augens Fidem miraculis,
Cœleste Regnum pervolat.

Epigramma.

Ipsô, TECLA, Fidem Paulô perdocta Magistrô,
Emicat, elogiis concelebrata Patrum:
Se jacit in flammas, timuêre sed urere flammæ;
Fortior hæc pœnis omnibûs una fuit.

S. XANTIPPA.

Credit Apostolicis verbis XANTIPPA, Fidemque,
Impigra, destituens Numina falsa, colit:
Allicit Hispanos, teneant iuga suavia Christi:
Moribûs exornat barbara corda suis.

XXIV.

FESTUM B. MARIÆ V. DE MERCEDE.

Hymnus.

Captos Fideles solvere
Premente de tyrannide
Virgo procurat, providâ
Ad idque servos incitat.
Te, Petre, primò deligit,
Te mox, Ramunde, te quoque

Vocat, Jacobe, Cœtui
Insigne qui das Regium.
De ergastulis Valentiæ
Primò revinctos eximunt.
Redemptione prosperâ
Pijs moventur ausibûs.
Hæc inter, almis viribûs
Virgo Clientes roborat!
Ne deprimant pericula,
Ne Barbatorum duritas.
Quartò sodales se ligant
Votò, manendi in pignore,
Ne parvuli, ne fœminæ,
Ne debiles, cedant Fide.

Epigramma.

Compede feralî Virgo miserata gementes,
Qui trifti redimant carcere, blanda vocat:
Hi, pleni pietate, suas vel fundere vitas,
Haud dubitant, solvant dummodó vincla viris.

S. PAPHNUCIUS, M.

Martyrij cupidus, dulcî discedit eremô
PAPHNUCIUS, charam quærit urbe necem;
Cæditur equuleo: palmâ transfigitur altâ:
Esse mori palmam, censuit, esse decus.

XXV.
S. MARIA DE CERVILLIONE, V.

Fœmineos cœtus Mercedis in Ordine Christo
Hæc trahit, exemplîs it quoque prima suîs:
Captivis perquirit opem; gradiensque per undas,
Turbatô Socijs gurgite prompta favet.

S. LUPUS, EP. C.

Cùm Lupus in tacita solus latitaret eremô,
Præcipit ad munus Præsulis ire, Deus:
Ille saginatus virtute, & Numine plenus,
Totus erat, dando pascua sancta Gregi.

XXVI.
SS. CYPRIANUS, & JUSTINA, MM.

Flectere Justinam Magiâ Cypriane, nequibat;
Quippe dolos Erebi decipit arte Deus:
Respueras Lamias, fraudes expertus inanes;
Justina sociâ, posteà Martyr obis.

XXVII.
SS. COSMAS, & DAMIANUS, MM.

Hymnus.

Medentur isti languidos;
Artis pernii nobilis;

At ſanctitate pharmacis
Vires dabant, ut allevent:
Morbîs levantes corpora,
Sermone ſanant ſpiritus:
Erroris & contagiô,
Flammiſque Averni, liberant.
Ob hæc prehenſi, ſuſtinent
Pedum, manûſque, vincula,
Jamque ponti fluctibus
Ad reddit illæſos mare.
Quos unda ſervat integros,
Stringunt, feroces, carcere:
Tradunt rogis flagrantibus;
At indè flamma diffugit.
Tandem beatis Fratribus
Caput ſecuris diſſecat:
Fusòque, fortes, ſanguine,
Gaudent perennî gloria.

Epigramma.

Arte ſuâ, meritiſque, levat, ſanatque, dolentes;
Et decus, & laudem, Frater uterque novat:
Ob Chriſtum, vincti, pelago traduntur, & igni:
Ignis, & unda favet: cuſpis acuta necat.

XXVIII.

S. UVENCESLAUS, DUX BOHEMIÆ, M.

Hymnus.

VENCESLAUS nitet hâc die,
Pulchrâ qui decorat sorte Bohemiam;
Hic celsô solio sedens,
Commissos Populos rexit amabilis.
Hic clemens miseros fovet:
Captivos, hilaris, carcere liberat.
Hic, gestans humeris strucm
Lignorum, prohibet frigora pauperi;
Defunctos inopes humat:
Mulcet consiliis tristia pectora.
Morti tradere, vel reos,
Mœret blandificus. Pronior evehit,
Ornat condecorat, colit,
Christi Sacrificos. Tritica conserit
Dextrâ, demetit, & terit,
Uvas atque premit, quô Cibus, & Merum,
Ex Aris recreent viros,
Et lapsos relevent, & reparent Deo.
Hic nudô glacies pede
Calcans, suppliciter, nocte sub horrida,
Divorum repetit Domos.
Custodes habuit corporis Angelos,
Hostem qui cohibent trucem.
Ductorque Imperij, dùm videt Angelos

Stipa-

Stipatum, resilit throno,
Amplexuque fovet, stemmate Regiô
Ornat, munera contulit.
Tandem, martyrij lauream, interit;
Et Templi sacmus pium
Aspersus paries sanguine publicat.

Epigramma.

Christiferis Epulis Panem, Vinumque, pudicis
UVENCESLAUS manibûs præparat ipse suis:
Hic non imperiô, rexit pietate Bohemos:
Attulit & pietas, præmia, martyrium.

XXIX.

FESTUM DEDICATIONIS

S. MICHAELIS, ARCHANGELI.

Hymnus.

Constantî, MICHAEL, conspicuus fide,
Factorem meritis tollit honoribûs:
Fortis prælia miscet,
Ingratos Socios domat.
Quis sicut Dominus? Quis similis Deo?
Clamat fulminеî voceque territa,
Celsis defugat astris,
Pugnax, castra rebellia.

Selec-

Selectum domitis, strenuus, hostibûs
Communit Populum, protegit, adjuvat:
Infernas fugat artes,
Conatus facit irritos.
Hunc gratô recolat pectore Principem,
Qui certat, Barathrum vincere callidum:
Vires suggerit almas,
Robur conterit hosticum.
Hic offert animas post pia funera,
Promissâ ut Dominus luce remuneret:
Ut mortis juvet horâ,
Hunc, vivens, rogita frequens.

Epigramma.

Angelicas acies MICHAEL regit ordine Primus:
Primus & Auctori subditur ille suo:
Ecquis erit Domino similîs? tonat ore fidelî:
Voceque fulmineâ turba superba ruit.

XXX.

S. HIERONYMUS, PRESB. D. ECCLES. C.

Hymnus.

Facundus ore personat cunctiscius,
Erudit atque homines,
Hic Doctor Orbis Maximus.
Mores monet pios, libriisque frugifer,
Civibûs astra replet,
Hostesque fortis dissipat.

Ser-

Sermone doctus, alma verus Biblia;
Atque, labore gravi,
Sensus latentes explicat.
Hunc consulunt, rogantque, viri disiti;
Ingenijque jubar
Abstrusa prorsus detegit.
Hoc Damasus vocat, trahitque, oraculum;
Consiliisque fruens,
Decreta sancit prospera.
Præsepe percolit Dei, preci vacans,
Hospitibusque pedes,
Detergit, escâ recreat.
Plenus diebûs, astra scandit, anxius;
Sed Domini Gregibus
Dat tuta libris pascua.

Epigramma.

Tullius alter eras, plæclare HIERONYME, fandô,
Vique suâ Hæreseos vox tua castra scidit:
MAXIMUS hic DOCTOR, Sophiam professus in antris,
Quæ docuit libris, moribûs ipsa docet.

OCTO-

OCTOBER.

I.

S. REMIGIUS, EP. C.

Epigramma.

Gaudia Christifero dans læta REMIGIUS Orbi,
Perduxit Francos ad juga sacra Dei:
Hic, Clodoveum tingens lustralibûs Undîs,
Moribûs excoluit florida Regna suîs.

II.

SS. ANGELI CUSTODES.

Hymnus.

Grati, pervigiles pangimus Angelos,
Quos Factor superîs mittit ab Ædibûs:
Ut, quos insidijs, certat & artibûs,
Dœmon fallere, protegant.
Accensus rabie proditor Angelus,
Quòd Sedes homines Ætheris occupent:
Ut vinclîs religet, (ceu Leo rugiens,)
Semper circuit æmulus.
Amissas alios scandere glorias,
Deflens, sollicitat mille pericula:

Ar-

Ardens & furijs, bella redintegrat,
Ut victos Erebus premat.
In quôvis pedicas tramite præparat:
Fallit divitiîs, fallit honoribûs,
Crebros illecebrîs tradit ad inferos;
Nec, victor, furias sinit.
Sed mitis Dominus deputat Angelos,
Qui dent terrigenis sacra iuvamina:
Hi fortes properant, armaque Dœmonum
Frangunt, & retegunt dolos.
Hi nobis comites dantur, euntibus
Ad Cœli Patriam: qui cupit, infera
Ne ladat rabies, hos vocet, hos roget,
Hos semper socios amet.
O vos! O hominum spes sacra! pergite
Stipatis laqueîs ferre levamina:
Sic olim resonos Arce ciebimus
Vobiscum modulos Deo.

Epigramma.

Angelicæ refovent hominum pia gesta cohortes;
Viribûs Angelicîs Dœmonis arma ruunt:
Angelicum rogitet lassus quicumque favorem;
At curet monitis subditus esse pijs.

III.

DUO SS. EVALDORI, PRESB. MM.

Hæc Evaldoros celebrat lux inclyta binos:
Ambo Evangelij lumine corda fovent:

Mu-

Munere Presbyteri præfiant ; fax , nocte refulgens,
Mortua pro Christo corpora luce notat.

IV.

S. FRANCISCUS , C. FUND. Ord. Minorum.

Hymnus.

Excelsîs humilis micans coronîs,
FRANCISCUS solîs sedet beatîs:
Lętus pauperie , finit caduca;
Dum nil possidet Orbe , cuncta servat.
Adjunctîs Socijs , Crucis trophæa
Invexit Populis : trahit protervos
Ad Cœli Patriam : scelus repellit,
Virtutem refovet , flygem coërcet.
Flagrîs illecebras domat fugaces:
Longô monte Deum vocat precatu:
Jeiunos iterat dies eremô:
Carni stigmata quinque Christus infert.
Turbat terrigenas piô timore:
Sustentatque Dei Domum ruentem:
Duris divitibus minans Gehennam,
Multus quærere celsa Regna suadet.
Purô corde Deum gerit perennis:
Terrent deliciæ , placent dolores:
Tristem barbitos Arte missa mulcet:
Abjectus fugat Angelos superbos.

Epi-

Epigramma.

Innumeros, FRANCISCE, viros ad classica Christi
Ducis, queis flygijs horrida bella moves:
Acrior ut pugnes, Ipernis, quæ congerit Orbis,
Verùm despiciens omnia, cuncta tenes.

V.
S. FROYLANUS EP. C.

Cœnobia ædificat, nummos donante Ramirô,
FROYLUS, ut sedent turbida Regna preces:
Gestantem Divi libros Lupus icit asellum:
Tergore deinde Lupi sarcina vecta fuit.

SS. PLACIDUS, & SOCIJ, MM.

FLAVIA, virgo, soror, PLACIDUM fratresque, petebant
Visere, cùm sævus tecta Manucha capit:
Ille Monasteriò satagit detrudere Christum;
Non valet; imò vorat funera læta Cohors.

VI.
S. BRUNO, C. Fund. Ord. Carthusiani.

Hymnus.

Doctor feretrô lugubri
Ter voce clamans territat:

Dum

Damnationis publicat
Duram sui sententiam.
Hæc BRUNO, præsens, adnotat,
Stupetque casu: nominis
Famam caducam deserens,
Mundò recedit ludicrò.
Asperrimis se cautibus
Occultat: hic iejunijs,
Sævâque pœnitentiâ
In se ferocit efferus.
Orationis recreat
Mentem salubri pabulò:
Piumque Cœtum, quem regit,
Virtute firmat inclytâ.
Jussus, recedit montibus:
Summumque postquàm Præsulem
Adjuvit, antris abditur,
Patetque latratu canum.

Epigramma.

Aspicit Hugo suis pedibus procumbere Stellas:
Stellæ turba Virûm, Stellaque BRUNO fuit:
Cautibus, & latebris, asperrima, culmina scandit:
Angelus hic Socijs, non homo, tempus agit.

DOMINICA I. OCTOBRIS.

FESTUM SS. ROSARIJ B. MARIÆ V.

Hymnus.

Te Patris alma Filia,
Natique Mater candida,

Te Sponsa Sancti Spiritûs,
Gratum salutat canticum,
Rosas nitentes ducimus,
Quas sacra dant Rosaria:
At dona clemens accipe,
Quę Mater es clementiæ.
Ut pulchra cingant tempora,
Rosis Coronam teximus:
Ne parva pendas munera,
Quæ magna fecit Charitas.
Sertis licèt nitentibûs,
Regina, Cœlô cingeris:
Novis corollis jugiter
Ornare certant servuli.
Tu, digna cunctis laudibûs,
Laudare, cunctos excitas:
Et te canentes dulciter,
Vel voce solâ recreas.
Te semper Æther personat,
Pronique psallunt Angeli:
Hìc nos clientes, æmuli
Hymnos ciemus, Cœlitum.
Quot sunt arenæ in gurgite,
Quot sunt in agro gramina,
Quot sunt in Arce Sydera
Tot, Virgo, gaude plausibûs.

Epigramma.

Igne minabatur sceleratum perdere Mundum
Christus, sed flammas reprimit alma Parens:

Orę

Ore docet roseô, recitare ROSARIA servos:
Culpa fugit, virtus emicat, ira cadit.

VII.

S. MARCUS, P. & C.

* Templa struit MARCUS, quæ nobilis *Assecla Christi
Constantin. Magn. Ornat, & ornatu fulget in Urbe Fides:
Præcipit, ut Papam, cui subditur Ost[illegible], Præsul
Consecret, atque istum Pallia sancta tegant.

VIII.

S. BIRGITTA, VIDUA.

Hymnus.

BIRGITTA, mirè te movet
Christi, decennem, Passio:
Audisque fantem de Cruce,
Recèns fluentem sanguine.
Tormenta dilecti Ducis
Gratô dolore cogitas:
Et cogitantem recreant
Pijs fluentis lachrymæ.
Claro Marito tradita,
Illum decoras moribûs:
Fit Cœnobita, subdolum
Firmusque vitat sæculum.
Arcana multa percipis,
Domumque condis Virginum,

Queis regulam Christus parat,
Romamque, jussa, pervenis.
Solymas deinde visitas,
Rediisque Romam denuò:
Multos ut uras Numinis
Amore, pergis tot plagas.

Epigramma.

Mœsta gemit, JESU memorans BIRGITTA dolores;
Nec memorare potest, quin gemat illa, necem
It Solymas, lachrymisque pijs loca sacra rigavit:
Clausit &, agnoscens multa futura, dies.

IX.

SS. DIONYSIUS AREOPAGITA, EP. & SOCIJ, MM.

Hymnus.

Judex Athenis iste fulget integer,
Æquus, peritus, sobrius.
At, Æthnicâ vacillans in caligine,
Nescit salutis semitas.
Redemptor Orbi vitam morte contulit,
Sævô refixus stipitè.
Defecit indè Solis fulgor segniûs;
Situm planetæ dùm notat,
Miratur ille casum. Naturæ Deum
Pœnîs subactum, credidit;

Mun-

Mundive prorsus machinam dissolvier.
Mox Paulus illuc advenit:
Facundus ore, mortem Christi nuntiat;
Vitam futuram commonet.
Gentilis almam suscipit, lętus, Fidem:
Nitet Lavacrô gratiæ.
Pręsul creatus, erudit Lutetiam:
Jesum quòd Urbi prædicet,
Durîs flagellant virgîs: dein craticula
Calore torret fervida.
Perdura suffert charis cum sodalibus.
Cunctos securis percurit,
Caput resectum Divus ipse dexterâ
Fert passuum bis millia.
Perfectionis altæ Doctor Mysticus,
Libris Magistros efficit.

Epigramma.

Palluscit, Dominique sui Sol funera luget;
Clarius at lumen tunc DIONYSUS habet:
Ille Fidem sectans, pro Christo victima cedit;
Et manibûs scissum fert caput ipse suum.

X.

S. FRANCISCUS BORGIA.

Hymnus.

Defunctæ Dominæ, BORGIA, territat
Arcanis facies fœda pavoribûs;

Hinc cordi subeunt prospera tœdia;
Quæris fervidior Deum.
Olim quæ sapuit, Curia, desipit:
Non ultra insidians gloria pellicit:
Prudens, vana putas terrea commoda:
Vanum decipiens decus.
Celsis, cum licuit, cedis honoribus:
Te parvâ latitans, abbrevias Domo:
Dùm tellûs profugum quærit, ut elevet,
Artes tu facis irritas.
Invitus veheris munere Præsulis;
Commissos Socios dirigis integer;
Ut Gentes Fidei lucibûs imbuant,
In fines agis Indicos.
Arâ quâ lateat, noscitur Hostia;
Sic clarent oculi, sic amor est sagax:
Ut vincas, Epulis te validat Deus,
Sustentat, recreat, trahit.

Epigramma.

Obriguit Rosa, quæ nuper spirabat honores;
Visaque, vitales intulit illa metus:
Hinc, soli servire Deo, FRANCISCE, recedis:
Fis puer, ut capiat parvula porta Poli.

S. LUDOVICUS BERTRANDUS.

Hymnus.

Artes Parentum defugans,
Juvenis, caduca respuis.
BERTRANDE: te Cœlum vocat
Virtutis ad summæ juga.

Ora-

Orationi traditur:
Corpus cruentat, pœnitens:
Somnî, cibique, parcitas
Delectat, & mentem fovet.
Indos ut almô lumine
Perfundat, it plenus Fide:
Unâque linguâ proloquens,
Auditur, uber, plurimis.
Scoplus figuram vindicat
Pendentis è ligno Dei:
Turbatus indè Nobilis
Procumbit, & luget scelus.
Sedat procellas: mortuos
Resuscitat: frænat feras:
Extinguit ignes: impigrô
Fractus labore, decidit.

Epigramma.

Ebibit indemnis, quod dat gens Inda, venenum
BERTRANDUS; decorat barbara corda Fide:
In Christi formam sclopus, quô nobilis urget,
Vertitur: at lachrymîs abluit iste scelus.

XI.

S. CANICUS, Abbas, C.

Te Scotia observat cultu, CANICE, fideli;
Et petit, auxiliô sis pius usque Pater:
Ipse tuîs Monachîs vertisti ad sydera cives;
Hæresis haud posthàc vertat ad ima, pete.

XII.

S. MARIA DE COLUMNA.

Dùm mortalis eras, mortalî corpore, Virgo,
Non amor à nobis Te procul esse, finit.
Conspiciendam offert elata Columna Jacobo:
Indè foves Regnum, firma Columna, pium.

SS. QUATUOR MILLE, NONGENTI, MM. in Africa in Persequutione Wandalorum, Rege Hunnericô.

Turba Sacerdotum, multô cum Præsule clara,
Exiliô tristî tristia damna subit:
Quidquid sævities meditatur Vvandala, perferti
At sacra pœnarum plùs micat igne Fides.

XIII.

S. EDUARDUS, Rex Ungariæ.

Hymnus.

Mitis pauperibus Pater
Concessus, meritò diceris, inclyte
Rex. Hic irradians jubar,
Et motum rutilat forma Britanniæ.
Decennis puer ad necem
Quæsitus, profugus cedit ab hostibus;
Normannis habitans plagîs,
Inter delicias emicat innocens.

At vis pulsa tyrannica est,
Quæ Fratres Patriò depulit è throno,
Regno redditus, aspera
Irarum superat jurgia, providus.
Lapsas, Religio, Domos,
Reflorens, reparat, fabricat & novas.
Virgo virgine cum pia
Servat conjugij fœdera, continens.
Cœlis Hostia dùm datur,
JESUM, conspicuum lucibûs, aspicit,
Mansuetâ facie pium.
Thesaurîs inopes dùm levat, indoles
Plausus prodiga suscitat.
Charo Discipulo porrigit annulum,
Dùm, pauper, rogitat stipem.
Illum restituens, pandit Apostolus
Mortis, fatidicus, diem;
Quam, plenus meritis, anxius oppetit.

Epigramma.

Conjugiô Virgo, Clemens EDUARDE, regebas
Regna, vigil reparans cum pietate Fidem:
Pauperis in specie gemmam das ipse Joannis
Reddens dona, monet funeris, ille, diem.

XIV.

S. CALLIXTUS, P. & M.

CALLIXTUS Christi Gregibus Jejunia mandat,
Quæ *Quatuor* solitâ *Tempora* voce notant:
Æquore turbatô Navem regit ille, peritus:
Pastorem, moriens, se, docet, esse bonum.

S. THE-

XV.

S. THERESIA, V.

Hymnus.

Fervore magnô spiritûs
Mundana abhorret gaudia,
Christumque totô pectore
Studet sequi THERESIA:
Et mente dùm Cœlum videt,
Tellus parit fastidia.

Ætate pollens parvulâ,
Cupit cruorem fundere;
Noctemque Maurorum Fide
Ut tollat, audet pergere;
Sed Patrui jussu Domum
Redire, tristis, cogitur.

Hæc acta Sanctorum legens,
Ardet; tenellô corpore
Nec clauditur fervens amor.
Factîs, & ore, commoda
Virtutis effert: & Deo
Humana vincit pectora.

Absconsa sanctîs Ædibûs,
Domare corpus, pœnitens;
Amare Cœlum; temnere
Decus caducum; paupere
Gaudere sorte; Præsidum
Parere jussis; esurit.

Ardore plûs exæstuans,
Mox Virginum condit Domos;

Vis

Virisque Suadet, strenui
Novent rigores pristinos:
Amore victa, pervolat,
Instar Columbæ, sydera.

Epigramma.

Alma THERESA, veni: populosque ardoribus ure,
Viscera quæ sacris ducis adusta rogis:
Ordine compositô, sponsi zelavit honorem:
Et vita, & libris, pandit in astra viam.

XVI.

S. MAXIMA.

MAXIMA pro Christo superas tormenta; nec ista;
Ut lædant aliquid, vim tenuêre aliquam:
Deinde regis dudùm Moniales, inclyta Ductrix;
Tuta Deô, dulci funera pace subis.

XVII.

S. HEDUVIGIS, Vidua.

Hymnus.

Diligit HEDVIGEM Polonia fausta Patronam,
Tollit honore piô.
Abstinet ista iocis, vanisque, puellula, ludis;
Et iuvat, esse Dei.
Traditur Henrici thalamo, prolemque pudicis
Moribûs instituit.

Cas-

Castior ut niteat, cum conjuge, non prohibente,
Separat illa torum.
Occisô mœret Genitô; sed pœna levatur,
Dùm memorat Dominum.
Defunctô, cellis lætat mox illa, Maritô:
Subdita servit inops.
Ex ortu solis, mediùs dùm fulgeat axe,
Vovat, precesque, litat.
Illa Domûs crebró, lætissima, munia, portat;
Vilia nec renuit.
Pauperibus flexaque genu, festiva, ministrat;
Abluit atque pedes;
Oscula fert illis: non ulcera squallida abhorret,
Nauseat aut sanie.
Portentîs ornat Domibus: virtute perennî
Clarior ipsa fuit.

Epigramma.

Regalî quamvis Hedvigis origine splendet:
Plùs, tamen, eximîjs moribûs illa niter:
Clausa piis Domibûs, refugit commercia Mundi:
Et servire Deo gloria tota fuit.

OCTAVA S. FRANCISCI BORGIA.

Francisco Uxoris sortem finit arbiter Orbis,
Ut vitam, aut statuat funus, ut ipse velit.
Borgia quid faciat? Christi rapit alma voluntas;
Istaque, præ chara Conjuge, prævaluit.

XVIII.

S. LUCAS EVANG.

Hymnus.

Medicum salutis spiritûs,
Et languidorum corporum,
Te, Luca, grato carmine
Gentes redemptæ concinunt.
Pauli Comes, pervaserat
Hic plurimas terræ plagas:
Tanto Magistro, splenduit
Sanctis ubique moribûs.
Quod audijt veracibûs
Scribit recèns è testibus:
De Jesu adulto, & parvulo,
Vigil notat Mysteria.
Scribens Volumen alterum,
Christi triumphos exarat:
Et, lata narrans, plausibûs
Plebem beatam recreat.
Mores decoros publicat,
Sione quos primi vigent
Christi sequaces: regulam,
Cui militent, dat Posteris.

Epigramma.

Sub Bobis hic specie gestat, ducitque, Quadrigam;
Æternumque Deo concinit axe decus:
Se comitem Paulo iunxit, Pictorque peritus,
In te, Paule, tui transtulit effigiem.

S. PE-

XIX.
S. PETRUS DE ALCANTARA, C.

Hymnus.

Splendore PETRUS diluit
Mundi tenebras subdoli:
Non hunc voluptas lubrica
Capit, nec Orbis retibûs.
Rigore pœnitentiæ
Carnem, cruentus, reprimit,
Absumit abstinentiâ,
Brevi coarctat angulo.
Sublimis extat aëre,
Splendore mirô fulgurat,
Siccus fluenta permeat,
Baculusque fit ficulnea.
Nix continetur pendula,
Novit futura, præscius:
Novat rigores pristinos,
Campôque amores temperat.
O fausta Pœnitentia,
Quæ tot coronas protulit!
O PETRE! Clemens nos juva:
Rogatus, ipse nil negas.

Epigramma.

Quâ mortalis homo valeat virtute vigere,
Si Deus assistat Numine, PETRE, doces:
Tecum pactus eras, requiem depellere: solùm
Admittis requiem, quam cruciasse dabat.

S. IRE-

XX.

S. IRENE, V. M.

Norma pudicitiæ, pulcherrima ſplendet, IRENE:
Hæc fugit effræmis turpia damna proci:
Detrahit hic famam, potuque tumeſcere ventrem,
Arte facit: plagis ceditur: amne perit.

XXI.

S. HILARION, Abbas.

Hymnus.

HILARIONIS pſallimus
Partos triumphos, ut Deus
In morte ſit placabilis,
Tutetur & periculis.
Ergò, juventâ labilî
Se macerat jejuniis:
Juges preces Eccleſiis:
Jocis remotus, aggerat.
Hæc inter, ille Antonium
Vitæ magiſtrum deligit:
Annoſque natus quindecim,
Virtute mirè proficit.
Brevî casâ conſtringitur,
Saccò coarctat hiſpidò:
Cibumque de radicibus
Vertente ſumit veſpere.

At, tot micans virtutibûs,
Timet supremum Judicem?
Quid non timendum fontibus,
Sic innocentes dùm pavent?

Epigramma.

Abditus HILARION antrîs exegerat œvum;
Ire, tamen, tremuit Judicis antè thronum:
Si Sancti trepidant trutinam perferre severam;
Qui, malus, impendis tempora, tutus eris?

SS. URSULA, ET SOCIÆ, VV. & MM.

Hymnus.

Dùm subdi renuit Maximus, occupat
Tractus Armoricos, castraque subiicit:
Ferrô cuncta domat, sanguineô solum
Effusô fluviô madet.
Victas distribuit militibus plagas;
Ut fines viduos stirpe redintegret,
Collectos Patria, subrogat Angliâ
Crebros fœmineos choros.
Classem Virginibûs millibûs undecim
Constâsse, historiis proditur obviis:
Dùm tranant pelagus, flaminis impetus
In Rhenum pepulit rates.
Rex tunc Imperij mittit in Angliam
Pictones validos, agmina & Hunnica;
Ut fortes reprimant orsa tyrannica;
Vincant vî quoque subditum.

Rhe-

Rheno vecta cohors lucida Virginum,
Venit ſorte lupis victima turpibus:
Occurrunt cupidis furta latronibus:
Atræ præda libidini.
Inter Virgineas URSULA copias
Ductrix alma nitet: ſuadet, ut efferis
Obſiſtat pietas hoſtibus, impiam
Vitet luxuriem pudor.
Cœtus juſſa capit, ſtrenuus aſperis
Obſtat militibus. Vult potiùs mori,
Quàm perdi roſeum virgineum decus,
Quàm lædi ſtabilem Fidem.
Conſtantes, rapido dant gladio caput:
Iratos ſuperant robore Barbaros:
Fulgentes duplicî ſydera laureâ
Scandunt, conſpicuæ Deo.

Epigramma.

URSULA, Virginibûs Rhenô ſocista pudicîs,
Laſcivis venit ſplendida præda viris:
Damna pudicitiæ ne perferat inclyta Turba,
Guttura dat gladio: guadia datque Polo.

XXII.

S. CORDULA, V. M.

CORDULA, conſpiciens pœnas, quibûs Urſula, & ampla
Fert tormenta Cohors, territa delituit:
Pœnituit facti, latebrâ diſcedit; & aucta
Martyrij laurîs, ultima in aſtra migrat.

XXIII.

S. PETRUS PASCHASIUS, Episc. M.

Hymnus.

Felicem recolit, te PETRE, Valentia prolem
Hic inter acres Mauros fulget moribûs,
Pauperibus largitur opes, fugientque caduca,
Devicit Orci callidas versutias.
Ordine se mitî recipit, virtutibûs uber
Effulget, & bellis se cingit efferis.
Huic Præceptori commissus, Sanctius amplam
Regit Toleti Sedem Cœlo frugifer.
Ille Giennensûm Pastor custodit Ovile,
Arcet lupos, cibat, nutritque pervigil.
Dùm Populos sermone docet, moresque refarcit:
Occurrit, & capit Maurus, vinclis ligat.
Pro se transmissîs nummîs, ut vincula solvat:
Ætate parvos solvit, solvit fœminas.
Interèà vinctos recreans, ergastula lustrans,
Ut sol novus resplendens, mœstos erigit.
Nec cohibere potest se, quin Maurica carpat
Commenta, ritus arguat luserios.
Sævas incurrit fusias, & provocat iras;
Ast dùm lacessit crudos, contemnit neces.
Cùm litat altarî libamina mystica Cœlo:
Scindunt caput; Christum cruore prædicat.

Epigramma.

Qui tibi, PASCHASI, removerent vincula, nummis
Exsolvens alios; nexibûs ipse manes.
Diluis errores, queis se Gens Maurica fallit;
Hæc, tamen, & tantó lumine cæca, necat.

XXIV.

S. RAPHAËL, ARCHANGELUS.

Hymnus.

Comes Tobiæ provide,
Te, RAPHAËL, custodia,
Fulgensque dux viantibus,
Laudum decore tollimus.
Iter Tobiæ dirigit,
Et liberat periculis,
Hic debitas pecunias
Fecit, Gabelum, solvere.
Hic tutus uxorem dedit,
Hic Dœmonem compescuit
Hunc ne maritum candidum,
Ut impudicos, strangulet.
De fauce pisces distrahit,
Visum Parenti reddidit,
Pendit sepulchri munera
Solvitque ferventes preces.

Est unus ex Magnatibus
Regni beati; sed, Dei
Ut servulos hic protegat,
Descendit, & servit libens.

Epigramma.

Te RAPHAEL canimus Comitem, Medicumque, salutis;
Qui, ut faveas miseris, promptus ad ima venis:
Te præbe Comitem: tuti sic astra petemus:
Te præsta Medicum: sic mala cuncta ruent.

XXV.

SS. GAVINUS, PROTHUS, & JANUARIUS, MM.

Sardiniæ lustrant radiis hæc sydera terram,
Mixtaque cum radijs dant bona cuncta suis:
Hâc illi, intrepidi, pœnas subiere feroces:
Horum suppetiis Insula fulta viget.

SS. CRYSANTHUS, & DARIA, Conjuges, MM.

Nobile Conjugium! Saxis ferientibûs, ambo
Astra petunt, dantes agmina crebra Deo:
Claruit in pœnis constantia vestra: Tyrannus
Obstupuit; fractis viribûs, arma finit.

S. EVA-

XXVI.

S. EVARISTUS, PAPA, M.

Tempore Trajani pœnas EVARISTUS atroces
Devorat, ut firmus protegat Orbe Fidem:
Publicat ille, suam fundens cum Sanguine vitam,
Se minùs; asti Domini plùs adamasse Gregem.

SS. SERVANDUS, & GERMANUS, Fratres, MM.

Inclyta Marcelli Soboles, queis fervida Mater,
Fratresque, exemplô vimque, animumque parant:
Ite catenati: gladio date guttura fortes:
Dedecet, illustrî degenerare Domô.

XXVII.

VIGILIA SS. SIMONIS, & JUDÆ, AA.

Indignis Dœmon cultus invaserat aris,
Terraque languebat, lumine cœca, malis:
It SIMON, THADDÆUSque, vafras eludere fraudes:
Fana cadunt, cedit nox, veniente die.

S. FRUCTUS, C.

Hispanæ Gentis quòd crimina sæpè dolerer,
Antra per, & scopulos, vivere FRUCTUS adit:
It precibûs placare Deum; dùm cædere Maurus
Aggreditur, rupes scissa repente fovet.

XXVIII.

SS. SIMON, & JUDAS, AA.

Hymnus.

Vos corde JESUM strenuò
Per diversas Mundi plagas
Dùm prædicatis, Perfidem
Contenditis ductu Dei.

Hic Barbaras Gentes Cruci,
Sermone doctas præviò,
Subducitis: blandâ Fide
Emolliuntur, efferæ.

Natura jussu flectitur,
Affecta jura nescions,
Per dispares crebrò vices
Adversa priscis efficit.

Miris Crucem miraculis
Extollitis: Gentes stupent:
Verbò stupentes cogitis,
Vanas ut aras destruant.

At, ut triumphi gloriâ
Sit plenior, fusus cruor
Pro Christi honore, laureis
Vos Arce rubris instruit.

Epigramma.

Subiugat ense Crucis SIMON validissima corda,
Plurazque dùm patitur, fortior actus, ovat:
Instruit Ægyptum, Persasque illustrat; at isti
Pro acceptò tolluut lumine morte virum.

Aliud

Aliud.

Postquàm divinos Judas exceperat ignes,
Pergit, ut exurat frigida corda virûm.
Edocuit Persas, Sociô Simone; sed illi
Hæc duo propellunt sydera clara nece.

XXIX.

S. NARCISUS, EP. & M.

Hymnus.

Narcisus igne Cœlicô Germaniam
Urere, carpit iter,
Lustrare Sanctô lumine.
Hunc Afra claudit æde, clemens allevat:
Hostibus eripuit:
Honore tollit, cernua.
At nocte luce stinctâ cœcæ lumina
Attrahit ille domo;
Et crassa pellit nubila.
Caligo, nempe, texerat densè larem,
Crimina dùm regravat,
Almis reluctans lucibus.
Afram dedit Christo, Matremque deviam,
Et famulas, Fidei
Præsul adornat gratiâ.
Ad celsa regna Cœli mox Provinciam
Allicit, & numerat:
Pastore firmat Zozymô.
Redit Gerundam; corda Christo jugiter
Dum vocat: ense perit;
Effulget hìc miraculis.

Epigramma.

Mota Dei ſuaſu, NARCISUM protegit Afra;
Et fit ob hoſpitium, quæ mala, ſancta, datum:
Audax ille, Fidem venit ſolidare Gerundam;
Atque ibi felicis præmia mortis habet.

XXX.

S. GERMANUS, EP. C.

Aſpexit GERMANI animam Benedictus in aſtra
Ire per Angelicas, præmia juſta, manus:
Ille ſibi traxit ſuperas virtute Cohortes:
Stipatus Superis, fas, eat aſtra, choris.

XXXI.

VIGILIA SS. OMNIUM.

Æternis placidi Regnis gaudete, BEATI;
Factorique melos pangite, ferte deus:
Hic, olim ſubijſſe, iuvat: beat hic Deus ore:
Hic mala nulla gravant: hic bona cuncta fovent.

S. WLFGANGUS, Epiſc.

WLFGANGUS fugiens Mundum, peritura relinquens,
Lætus it, & fervens, ad pia Tecta Dei:
Fit Præſul, Fideique ut latius arma triumphent,
Proventus minui, fecerat ipſe, ſuos.

NOVEM-

NOVEMBER.

I.

FESTUM OMNIUM SS.

Hymnus.

Qui procul Cœlîs habitamus Orbem,
Patriam nobis canimus paratam:
Exulum ſedat, memorata ſolùm,
Illa dolores.

Hâc Deus, Sanctîs ſociatus, Aulâ
Regnat; &, viſus, facit hos beatos:
Gaudîs mulcet, tribuitque iuſtis
Præmia factis.

Hâc Dei ſplendet Genitrix, MARIA,
Fulgidîs centum redimita ſertîs,
Recreans Cœlos, Genitique regnans
Proxima Sedi.

Hâc, novem celsîs Gradibûs locati,
Angeli dulces modulantur hymnos:
Hinc Dei totus reſonat perennè
Laudibûs Æther.

Hîc Patrum gaudet Chorus, & refulget
Hîc Prophetarum celebratus Ordo:
Petrus, & Fratres, nimiùm Magiſtri
Ore beantur.

Hîc triumphantûm numeroſa turba
Martyrum fulget, toleraſſe, gaudens
Tot Tyrannorum gladios, rotaſque,
Verbera, & ignes.

Luce

Luce Doctorum rutilante splendet,
Et Sacerdotum Chorus: hic Eremi
Incolæ vivunt, celebrant & olim
Antra habitasse.

Canticis Agnum recinens pudicum,
Virginum Cœtus nimis hic triumphat:
Emicat palmis, roseis coronis
Rite coruscat.

Hìc piæ demum Viduæ nitescunt:
Hìc Deum Classis pia Pœnitentûm
Laudat, & grates meritas rependit,
Libera ab Orco.

Conditor Cœli, miserere tristì
Valle lugentûm, scelus omne parce:
Astra, quos fusò redimis cruore,
Præsta, adeamus.

Virgo, mœrentûm requies, levamen
Dulce, sis pacis via, porta Cœli:
Ut Polô regnent, pia, Militantes
Dirige servos.

Vosque lætantes super astra, Cives,
Orbe pugnantes memorate Fratres:
Vestra, quò plures habitemus astra,
Gaudia crescent.

Epigramma.

Mœrebant olim justi languoribûs acti;
Nunc hos exhilarans Æthere plausus agit:
Terrigenæ, pugnate agiles: post prælia pacem
Fert Deus: hic pœnas mox subijsse iuvat.

S. MA-

S. MARIA, SERVA, M.

Serva licet fuerat, rutilat virtute MARIA;
Extat & excelsi candida sponsa Dei:
Pro quo flagra subit, patitur dissolvier ossa;
Deindè, artus lanians, ungula dira necat.

II.

COMMEMORATIO OMNIUM FIDELIUM DEFUNCTORUM.

Sancta, ergo, & salubris est cogitatio pro Defunctis exorare, ut à peccatis solvantur. Lib. 2. Macchab. cap. 12. v. 46.

ELEGIA.

O quibus est pietas! quibus est clementia! ferte
Ignitô vinctis robur, opemque lacu!
Heu tristes audite sonos, gemitusque dolentes:
Et pius hos ultrà non patietur amor!
Hìc Animæ commissa piant delicta, roguſque
Acribûs hìc pœnìs abluit omne nefas.
Hìc ignis cruciat, cuius scintilla vel una
Terrenas superat robore, vìque, faces.
Hìc, procul à Cœlis, privatæ Numine, deflent;
Et magis hæc flammìs pœna severa premit,

Cor-

Corporis expertes Animas movet intimus ardor,
Ocyùs ut ſcandat, Numinis ore frui.
Quâ vi nitantur ſupremum attingere Finem,
Agnoviſſe nequit ſenſibûs hoſpes adhuc.
O vos! ò homines! (ſic noſtra iuvamina poſcunt.)
Urimur in flammis, corde levate piê!
O quibus eſt pietas, quibus intima cura dolentûm,
Ignibus exuſtis ferte, rogamus, opem.
Carcere nos retinet, qui pondere iudicat æquô;
Sed vult clementî ſubveniatis ope.
Affli&tis, petimus, mites extendite palmas:
Et precibûs duros abbreviate rogos.
Una dies ſolùm tantô hîc ardore peruſtis,
Creditur, innumeras detinuiſſe moras.
Labitur hora diu, ſpatiôque moratur, ut annos:
Par hîc momentum menſibus eſſe, putes.
Qui patimur, ſcimus ſoli, quàm torqueat ignis,
Quàmque vorax preſſas compede flamma cremet.
O quibus eſt pietas! quibus eſt amor ægra levandi!
Auxiliîs Animas, heu, relevate piîs!
Ah negat Omnipotens, nobis nos ferre levamen!
Qui terras colitis, ferre poteſtis opem.
Hîc licet alterutros chari videamus amici:
Qui faveat ſocio, nullus amicus adeſt.
Imò dolor creſcit, cùm noſmet cernimus uris
At nullis detur ſtinguere poſſe faces.
Vos, vos, ô homines, pœnas lenire valetis:
Veſtra poteſt pietas protinus eſſe ſalus!
Si quis fortè rogîs veſtrûm quemcumque videret:
Velocî, ut relevet, curreret ille pede.
Cognatos, ſocios ve ſuos, qui cerneret uri,
Illicò ſollicitô pectore ferret opem.

In

Incitat ad lachrymas, plectendus morte, sceleſtus:
Et torquet viſu mitia corda ſuô:
Mille modîs pietas, tormenta levare, procurat;
Nec, niſi cum pœnas mitigat, illa ſilet.
Sæpè canis potuit latratu flectere corda;
Utque canem ſedet, ſomnia liquit herus.
O quibus eſt pietas! quibus inſita cura gementûm,
Subſidiis acres, heu, breviate rogos!
Ah noſtri, ſaltem, chari miſeremini amici!
Caſibûs in duris verus amicus adeſt.
Uſtis, heu, Genitis ſolatia ferte, Parentes!
Patrius, ut quondam, nunc quoque cernat amor.
Ah vos me Patrem, mea pignora chara, iuvate!
Heu moveat vinctî pœna, dolorque, Patris!
Cernite, mortales, quibûs hic ardoribûs urat,
Ut levia expurget crimina in igne, Deus!
Noxis pro levibus, minimo pro crimine, torret
Igneus hic ardor, terpat ut omne ſcelus.
Ergò, leves, etiam, penitus vitare reatus:
Hìc tormenta dabit grandia culpa levis.
Eripite ex igni: vobis, ſuper aſtra locatæ,
Paſcemus memori præmia juſta præce
O quibus eſt pietas, quibus, eſt clementia, flammîs
Solvite: de Cœlo dona rependet amor.

Epigramma.

Subſidiis relevate homines, relevate voraces,
Quas Animæ ſubeunt, poſt pia fata, rogos.
Vel noxas removere leves: non ſordibus aſtris
Eſt locus: & maculas eluit igne Deus.

S.EU-

S. EUSTOCHIA, V. & M.

EUSTOCHIA ærumnas patitur, patiturque labores,
Ne Chriſtus cedat pectore, neve Fides:
Dedita mox precibus, moritur, repetitque ſubinde,
Chriſte, tuas laudes: inclyta Virgo, tuas.

III.

SS. INNUMERABILES MM. CÆSARAUGUSTANI.

Hymnus.

Turbæ fideles, quis furor
Ex Urbe pellit Patriâ?
At, ut coronîs tempora
Ornetis, ite proſperi.
Tunc, ex cavernis eruta,
Immanis occurrit manus,
Vaſtoque Cœtum funere
Mactat, trucidat, diruit.
Patrata propter crimina
Quotquot ligantur carcere,
Necare Præſes imperat,
Rogîſque aduri corpora.
Pij ſimul cum noxijs
Flammîs cremantur; ſed cinis
Horum fugatur flamine:
Cinis Piorum maſſa fit.
Perflante ventô candidæ
Maſſæ beatæ non volant:
Notiſque fuſi ſanguinis,
Globi figuram continent.

Epi-

Epigramma.

Cæsaris INNUMERAS colit Urbs Augusta PHALANGES,
Pro Christo, libuit, queis subiisse neces:
Annosi, & Juvenes, Pueri, pavidæque Puellæ,
Dira inter rident, dùm gemuit feritas.

IV.

S. CAROLUS BORROMÆUS, Episc. C.

Hymnus.

Terris futurum prosperum,
CAROLUM notat lux Cœlica:
Hic impudicas fœminas,
Quæ provocabant, effugat.

Hic, Principatu venditô,
Nummîs egenos sublevat:
Aliosque præbet reddítus,
Ne sint prophanis usibus.

Mox Cardinali murice,
Amplâque vectus Infulâ,
Quidquid putaret utile
Cleri nitori, perficit.

Synodum Tridenti promovet,
Eiusque jussa confovet:
Durâque pœnitentiâ
Sævum fugat contagium.

Domos struit Monasticas,
Erexit atque Ecclesias:
Magnis nitens virtutibûs,
Vitæ peregit terminum.

Epi-

Epigramma.

Prædia divendens, CAROLUS sustentat egenos;
Vana putans, Mundi munera magna fugit:
Et lectum vendit, succurrat ut amplius ægris:
Duràque in tabulâ somnia deindè capit.

SS. AGRICOLA, ET VITALIS, MM.

AGRICOLÆ, VITALIS, Hero tormenta ferendo,
Obsequeris Famulus, dùm facis, ut subeat;
Te cernens ligno affixum, clavisque refosum,
Fortis ab exemplo, sustinet ille Crucem.

V.
S. ZACHARIAS, PROPHETA, Pater S. Joann. Baptistæ.

Perdideras vocem, Vocis Pater alme; sed illâ
Pòst, ortâ Christi Voce, futura canis:
O quàm, Christe, faves, siquas adveneris ædes:
Et mala cuncta fugas: & bona cuncta trahis!

VI.
S. LEONARDUS, C.

Stirpe LEONARDUS clarâ fulgebat in Orbe;
Moribûs cæmisis clarior ille fuit:
Avia deserti coluit, virtutibus instans;
Et prece Captivis ferrea vincla rapit.

S. HER-

VII.
S. HERCULANUS, Episc. M.

HERCULANUS, honor Pastorum, gloria Cleri,
Dùm caput abscindit dura bipennis, ovat:
Quadraginta dies, postquàm ferus abstulit ensis,
Cervici unitum stat caput, & vegetum.

VIII.
OCTAVA SS. OMNIUM.

O fausti exultate homines, plausuque beatô
Pangite, qui recreat, dulcia metra Deo!
O memores estote inopum, dura inter agentûm!
Poscite, nos habeat Sors eadem Socios.

SS. QUATUOR CORONATI, ET SOCIJ, MM.

Plumbatîs animosa Cohors dùm cœditur, atrox
Supplicium, geminans flagra cruenta, necat.
Vos quoque, Sculptores summos, rubra laurea cîngit,
Quòd renuat vacuos fingere dextra deos.

IX.
DEDICATIO ECCLESIÆ SALVATORIS.

Egregius Princeps, lepra sanatus edacî,
In propria Christo construit Æde thronos:
Effigiem paries Salvantis monstrat JESU;
Plebs colit: Urbe Fides publicô honore viget.

S. THEODORUS, Miles, M.

Usserat Idoli fanum THEODORUS; at ejus
Nudatas costas ungula læva fodit:
Fortis ait: *Dominum benedicam tempore in omni;*
Atque Deum laudans, dùm cremat ignis, obit.

X.

DOMINICA II. NOVEMBRIS.

PATROCINIUM B. MARIÆ V.

Hymnus.

Has, Virgo, clemens accipe
Grates clientum debitas;
Tu quippe laudes excitas,
Amore vincens pectora.
Tu mitis ægros sublevas:
Ditansque, gaudes, pauperes:
Fervore mentes confovens,
Cœlos adimples civibus.
Grates refert Hispania,
Tuô refulta Numine;
Quæ, te colendô, possidet
Æterna laudis stemmata.
Cum nos domaret Maurica
Cruenta turba, ferrea
Tu prima rumpis vincula,
Hostesque sævos dissipas.

In-

Infundis alma robora,
Quæs Gens fugatur barbara:
Favore munis servulos,
Hostes timore proteris.
Tu Sacra bella dirigis,
Acquiris & victorias:
Nomenque nostrum provehis
Ad usque terræ limitem.
Memento, quòd dùm viveres,
Nostras ad oras veneris,
Firmanique tunc Iberiam,
Amore, perpes, protegis.
Ergò, benigna, respice,
Adsis, faveque, jugiter:
Sic illa, tuta ab hostibus,
Palmas perennes concinet.

Epigramma.

Venit in Hispanas Virgo, dùm viveret, oras:
Usqueadeò tellus inclyta corde fuit.
Virginis Hispanis hinc est devotio tanta:
Et favor Hispanis Virginis indè venit.

SS. TRIPHON, RESPICIUS, & NIMPHA, MM.

Quidquid habet feritas, & tygride sævior ira,
In vos excandens, congerit, alma Phalanx:
At pœnæ cedunt: patientia robore præstat:
Quò plùs lucta probat, fervet & illa magis.

S. ANDRÆAS AVELINUS, C.

Exciderat mendum, cúm mens haud conſcia ſtaret;
Pœnitet; officium deſerit atque fori:
Lux fuit exemplis: hinc, ſplendens lumine, corpus
Imbribûs obſcurâ nocte monebat iter.

XI.

S. MARTINUS, Epiſc. C.

Hymnus.

MARTINUS Orbis ambitu
Totô refulget, & ſonat;
Hunc corde paſsim ce:nuô
Clamant, rogantque, ſupplices;
Et flagitantûm non ſinit
Preces, benignus, irritas.
Decennis, ardens Æthera,
Chriſti Cohorti jungitur:
Mater repugnat, & Pater:
Calcat Parentes; ne, Deum
Si te vocantem negligat;
Deus viciſsim deſerat.
Caſtris caducis militat;
At ſervat inter agmina,
Inter furentes milites,
Sævas & inter machinas,
Blandam, perennis, indolem,
Hoſti vel ipſi amabilem.

Sed

Sed pauperes erga rapit
Proclivis in primis amor:
Nudumque cernens indigum,
Secat decorum pallium,
Amicit illum fragmine,
Risus, iocosque, sustinet.
Indutus at ipsâ togæ
Mox parte Christus astitit:
Laudat Datorem prodigum,
Virtute firmat ubere,
Dilecto Ovili præficit,
Magnis vehit miraculis.

Epigramma.

Das inopi partem clamydis, MARTINE; sed illâ
Indutus, Christus, conspiciendus, adest:
Ut Gregibus faveas, nec dira, nec ægra, recusas:
Hos fuit ad Cœlos ducere, tota quies.

S. MENNAS, MILES, M.

Gentiles ritus altâ cum voce, theatro
Insiliens, MENNAS arguit, & reprobat:
Tunc horrenda viro variant tormenta: triumphis,
Dùm plùs ista premunt, pluribus ille micat.

* * * * * * * * *

XII.
S. MARTINUS P. & M.

Hymnus.

Multa paſſus hic mala,
regem Dei tuetur, atque paſcit.
Damna cautus amovens,
Coerceet ille Præſulem tumentem.
Fretus iſte Principis
Favore, demens, obſtitit ſaluti.
Quin, furens phreneticus,
Relegat, urget exules Miniſtros.
Deindè Miles efferus,
Qui cæde mactet Præſulem Supremum,
Urbe paret. Hic, tamen,
Ferire dùm vult enſe pertinacî,
Cœcus indè vertitur.
Novus deindè carnifex minatur:
Prendit iſte Præſulem;
Feruſque Princeps longiùs relegat.
Preſſus hic laboribûs,
Fame, ſiti, dolore; præparatò
Corde cuncta ſuſtinens,
Obit: Fideſque latiùs triumphat.

Epigramma.

Aggreditur lictor MARTINUM occidere; cœcus,
Ut ſcelus aſpiciat, protinus ille gemit,
Exulat at Divus; moriturque, laboribûs æger,
Auferat ut ſancto paſta nociva Gregi.

S.STHA-

XIII.
S. STHANISLAUS KOSTKA, C.

Hymnus.

Perge: fraternas remorans quadrigas,
Dirigit JESUS. Dabit ille, tandem,
Hostibus victis, recipi Sodales
Inter amatos.
Pergit, abruptos superatque montes
KOSTKA; sed Panis levat Angelorum,
Et fatigatos, veniens Olympo,
Roborat artus.
Mirgo, dilecto sociata JESU,
Mulcet aspectu; seriemque vitæ
Monstrat; & tradens Puerum, perennes
Dat quoque flammas.
Ergo, sacratâ numeratus Æde,
Indolem fecit sibi sanctitatem,
Et senescentes pietatis annos,
Tyro, peregit.
Hinc amor JESUS, amor & MARIÆ,
Pectus exurit, superatque lymphas;
Donec ignitis perimens sagittis,
Transtulit astris.

Epigramma.

Jesuadûm decus, & sceptri laus magna Poloni,
Cui divinus amor pectus adusit, adest.
Ille, brevi moriens, longissima tempora vivit;
Prudentique, Puer, præterit arte Senes.

S. DIDACUS, C.

Hymnus.

Pius Sacerdos te regit,
Virtute formát, DIDACE;
Calles peritus, quàm nitet
Fallax in Orbe gloria?
Jugo Minorum subderis;
Lætusque submisso Gradu,
Servire cunctis fit decus,
Splendor, fovere pauperes.
Hic, litterarum nescius,
Sermone pollet eloquens:
Rebusque de Cœlestibus,
Doctus Magister, disserit.
Prædura dùm vexat fames
In Urbe egenos: providus
Mictu favet: languentibus
Promptâ medelâ, subvenit.
Portat frequentèr brachiis,
Quam fert Crucem sub pectore:
Amplexus illam, dulcitèr
Aspexit ille funera.

Epigramma.

DIDACUS ex humili factus sublimior astris,
Esse humili facilem, monstrat, in astra viam:
Discite, Magnates; à Magnis astra recedunt:
Descendunt Minimis sydera celsa viris.

S. HYP-

XIV.

S. HYPPATIUS, Epiſc. M.

Nicenâ Hyppatius Synodô dùm migrat in ædem,
Sævior occurrit Novatiana lues:
Impete ſaxorum tundit; ſed ſuſtinet ictus:
Nuperque aſſertam comprobat ille Fidem.

XV.

S. EUGENIUS, Epiſc. M. Patronus Toletanus.

Hymnus.

Toleti tumulus te decet in ſolo,
Eugeni, ſpecies integra Præſulum:
Non rectè Regio poſsidet extera,
Quem charæ cupiunt Oves.
Stagnum detinuit Marcaſium diu,
Et cives Dioli, ſat quoque Pariſi:
Toleti nitidus cui fuerat Thronus,
Præſtat, dein requieſcere.
Hìc olim dederat pinguia pabula:
Affulſit, veluti Sol novus, Incolis:
Hìc Sedis regimen conſtituit gravìs,
Clerum recreat, & beat.
Fortis dùm Fidei dogmata protegit,
Chriſtum magnificâ voceque nuntiat;
Invictus, domitìs ille timoribûs,
Dulces anticipat neces.
Pro Chriſto gladio dat caput; educat
Exemplô Populos, nutrit Ovilia:
Paſtoremque bonum ſe notat, & probat,
Fuſô ſanguine nobilî.

Epi-

Epigramma.

EUGENIUS fulget, magni lux alma Toleti;
Cui, primus Pastor, pabula sancta dedit:
Ille patrociniô Populum fovet: ennnus ossa
Hùc tulit, ut claras conderet inter oves.

S. GERTRUDES, V. ABBATISSA.

Hymnus.

GERTRUDIS Orbis subdoli,
Quinquennis, arcet retia:
Et castitatis munera,
Se seque, dicat Numini.
Opes inanes negligit;
Servire Christo, fit decus;
Tacitisque cellis abditam,
Vitam, iuvat, traducere.
Castas Puellas educat,
Prudens Magistra dirigit:
Orationem dulciter
Noctes, dieque, protrahit.
Arcana noscit mystica,
Futura multa prævidet:
Illique Matrem propriam
JESUS Parentem destinat.
Huius quiescit suaviter
In corde Christus: qui cupit,
Hunc invenire, quæritet,
Ubi quietem suscipit.

Et

Epigramma.

Eſt longè de corde hominum plerumque Redemptor;
Ulqueadeò cupidò pectore vana colunt:
Corde, libens, GERTRUDIS adeſt: ibi quærite JESUM,
Supplicibus, largus, munera donat ibi.

XVI.

S. EUCHERIUS, Epiſc. C.

Nobilis EUCHERIUS, celebrî cum laude Senator,
Fit pauper, pœnîs marcidus, anxia colit:
Angelicâ cum voce Deus retraxit eremô,
Et facit, ut decoret fulgida Mitra caput.

XVII.

S. GREGORIUS, THAUMATURGUS, Epiſc. C.

Hymnus.

Natura, Dive, protinus
Tuis Obedit nutibus:
Siccas paludem, lividis
Quæ præbet anſam jurgijs.
Montem, jubes, recedere,
Et mons recedit illicò:
Amnem refrænas ſtipite;
Fixuſque, ſtipes germinat.

Cum

Cum Moſe, cumque Apoſtolis,
Et cum Prophetis priſtinis,
Te comparat Baſilius,
Factis parem miraculis.
Te mira tollit ſanctitas,
Clarumque doctrinæ jubar:
Pandis futura, prævius;
Sermone polles eloquens:
Quam Præſul, Urbe, dirigis,
Paucos Fideles invenis:
Dum facta tollunt inclyta,
Totidem relinquis Æthnicos.

Epigramma.

Omnipotens, GREGORI, tua dextera facta videtur;
Nam iuſsis parent ardua quæque tuis:
Et fluvios retines, monteſque recedere, mandas:
Natura, ignorans & ſua iura, ſtupet.

SS. ACISCLUS, & VICTORIA, Fratres, MM.

Stulte Dion, quid plena Deô proſternere corda,
Aggrederis? Domino ſtant elementa ſuo:
Nec fluvius, nec flamma domat, neque jacta ſagitta:
Ex bello palmas Frater uterque refert.

* * * * * * * * *

AD

XVIII.

DEDICATIO BASILICARUM SS. PETRI, ET PAULI, AA.

AD ECCLESIAM CATHOLICAM.

Hymnus.

Selectus Populus, Gens pia, Gens sciens,
Quam purgat vitiis, de stygе liberat,
Septemnô decorat munere mysticô,
Jesus, munificus dator:
Hic longè à Patria, valle gementium
Crebris, exul, agis tempora fletibûs;
At Sponsus recreat, mœstaque tœdia,
Et mulcet gemitus frequens:
Hic vafri cohibet Dœmonis impetus:
Huic cedit rabies, visaue tyrannica:
Hic Portas reprimit, fortior, inferas,
Ne bellô subigant trucî.
Pascit delitiis, firmat amoribûs,
Virtutes solidat, suppetiis fovet:
Astutos hominum noscere dat dolos:
Mostrat callida retia.
Hinc Plebs magnanimîs fulget Apostolis,
Splendet Virginibûs, Martyribûs viget:
Doctorum rutilat luce, Propheticô
Passim lumine promicat.

Siqui

Siqui se scelerum labe gravaverint,
Hos, lapsis facilis, leniter erigit:
Turbans utilibûs deinde timoribûs,
Virtutum facit æmulos.
Ex cunctis Gradibus, Gentibus, & Locis,
Formata, in Patriam Plebs sacra commigrat:
Post luctus vement gaudia: post cruces
Regnum perpetuum beat.

Epigramma.

Egregius Princeps terram fodit ipse ligone;
Bis senos cophinos extrahit indè, cavans:
Scilicet, usqueadeò Piscantum gloria crevit,
Fabricet ut Tectum Cæsaris ipsa manus!

S. HESICHIUS, MILES. M.

Exuit Hesichius trabeam, deponit & ensem,
Ne ferat indignis thura nefanda focis:
Æquore sorbetur, saxò gravitate trahente;
Quòd decus humanum spreverit, Arce nitet.

XIX.

S. ELISABETH, VIDUA, Hungariæ Regis Filia.

Hymnus.

Elisabeth, recentior
Ætate, Christum percolit:
Dein, nupta, nuptis integræ
Fit sanctitatis regula.

Paret

Paret Marito ſubdita,
Domum gubernat ſedula:
Et liberali dexterâ
Curas egenùm mitigat.
Hæc orphanis, hæc triſtibus,
Levamen extat proſperum;
Orbata deindè Coniuge,
Soli Deo ſe mancipat.
Spernens amictûs gloriam,
Tunicam recingit hiſpidam:
Victum legumen præparat:
Inſervit ægris, infima.
Nugas, iocoſque, ſuſtinet;
Linguis laceſſunt aſperis:
Pœnîs ſed illa fortior,
Haurit, libens, calumnias.

Epigramma.

En, nova Joba nitet, totô conſtantior Orbe;
Quæ plùs tùnc gaudet, cùm mala plura ſubit;
Pulſa domô propria, convicia plurima perfert;
Et docet, inconſtans quàm favet Orbis honor!

S. PONTIANUS, P. M.

Plecteris exiliô, quô ſæva moleſtia, Dive,
Te gravat; &, paſſum tœdia, morte rapit:
Sublimî Chriſtus poſuit te culmine honoris:
Plus premit ille ſuos, cùm magis Orbe levat.

S. FE-

XX.

S. FELIX DE VALOIS, Fund. Ord. SS. Trinit.

Hymnus.

Nummîs, adhuc Infantulus,
FELIX egenos sublevat:
Puerisque dat pauperculis,
Quæ, plùs placent, obsonia;
Nudos ut ille pauperes
Velaret, ipse vestibûs
Se nudat: & sicarium,
Pium futurum, liberat.
Sceptrum cavendo Regium,
Successione proximum,
Factus Sacerdos, aviam
Tendens eremum, delitet.
Consorte Mathâ, cogitat
E Barbarorum carcere
Christi Fideles solvere,
Ad idque formant Ordinem;
Virgo Cohortis tegmine
Induta, laudes concinit:
FELIX favore prosperô
In astra, lætus, convolat.

Epigramma.

Regalis Solij spem, felicissimè FELIX,
Effugis, ut dives paupere sorte fores:
Hic, Mathâ Sociô, Cœlum sibi fecit eremum;
Gratiùs at Cœlum solvere vincla fuit.

OCTA-

OCTAVA S. STHANISLAI, KOSTKA.

Virginis Assumptæ petit Æthera luce STHANISLAUS;
Hunc, inter Cœli gaudia, Virgo cupit.
Sed quâ morte Polum Juvenis conscendit? Amoris;
Hâc extincta, etiam, scanderat illa necè.

XXI.

PRÆSENTATIO B. MARIÆ. V.

Hymnus.

Ut bibat Templô documenta Cœli,
Deserit Virgo cupidos Parentes:
Nec movent pectus lachrymæ, gravisve
Pœna dolentum.
Scandit elatas, animosa, scalas;
Gaudet, hostili procul esse Mundô;
Et Deo totas, operosa, cordis
Tradere flammas.
Ergo, dilectâ numerata in Æde,
Instat ardenter precibus, Deumque
Quærit in cunctis, taciturna, pensis
Nocte, dieque.
Hæc serenatâ facie Sodales
Recreat, mores generat pudicos:
Et Senescentes gravitate morum
Induit annos.
Fit Sacerdotum stupor, & voluptas:
Laudibûs tollunt meritis: Puellæ
Affatim cernunt: iacit illa, vita,
Numinis ignes.

Epigramma.

Sisteris in Templo, Caristi venerabile Templum,
Quod modò plus nitidum, quàm fuit antè, micat:
Quin Petrus, ut cernit, quòd Templum lumine præstet,
Ad Templum, ut discat lumina, sæpe venit.

S. COLUMBINUS, ABBAS.

Crebra Columbinus Lombardos inter adauget
Cœnobia, & Monachûm plurima Castra regit:
Ille animas dat sæpè Deo, dat corda frequenter;
Astra Deus, longos & dedit Orbe dies.

XXII.

S. CÆCILIA, V. M.

Hymnus.

Agno facit Cæcilia
Similem Maritum, ferreo
Prius lecto comparem,
Miremque Christo subdidit.
Hæc nocte primâ fœderis
Virgo pudica, rediit;
Ne concitaret Angelum,
Corpus mentem, commonens.
Ut ille cernat Hospitem,
Sacrò lavatur Flumine,
Lotique cum Turturiò,
Videt venustum Cœlitem.

Amo-

Amore JESU perciti,
Fratres necantur inclyti;
Magnis eorum copiis
Turbæ levantur pauperum.
His Præles, irâ turbidus,
Jubet, perire Virginem:
Tortorque trinò vulnere
Guttur nequit discindere.

Epigramma.

Angelicô sermone fruens, tutamine gaudens,
Sponsum, Virgo manens, munerat ista Fide:
Nec rogus exurit, triplicî nec vulnere collum
Carnificis valuit scindere sæva manus.

XXIII.
S. CLEMENS, P. M.

Hymnus.

Te Petrus ipse, diligens,
CLEMENS regebat assectam:
Tanti Magistri vocibûs,
Factisque, luces moribûs.
Præsul Supremus, præcipis,
Actus notentur Martyrum:
Per te juvant Ecclesiam
Exempla tot, nunc publica.
Mittit Tyrannus exulem,
Salusque fis mœrentibus:
Agnus notat Crystallinum
Fontem sitî marcentibus.

Jussu furentis Principis,
Collo ligatur anchora:
Marique vasto truderis,
Sorbenda in undis victima.
Pontus recedit refluus;
Manuque structum Cœlitum
Ibi sepulchrum cernitur,
Exangue quod corpus tegit.

Epigramma.

Discipulus Petri, CLEMENS expulsus ab Urbe,
Christiadûm lenit fonte niteute sitim:
Pòst, morti addictum, pelagi trahit anchora ad imum;
Marmore sed pelagus structa sepulchra dedit.

S. FELICITAS, M.

Martyre tu mayor, mortes nam digeris octo,
Dùm septem Genitos conspicis antè rapi:
Ultima Martyriò cedis, pia Victima; Prolem
Plùs & amas, cogens voce, vorare neces.

XXIV.

S. JOANNES A CRUCE, C.

Hymnus.

Crucis JOANNES nomine,
Dictusque voce Gratiæ,
Gratum Deo se prænotat;
Pœnîs premendum plurimîs.

Quin-

Quinquennis hic à Virgine
Puteò profundò solvitur:
Novennis, arcet lectulum;
Mutatque acutò vimine.
Hic innocentem lubricò
Vitam trahebat sæculò;
Ut emineret altiùs,
Bonum requirit Virginis.
Sarcit rigores pristinos,
Comes juvat Theresiam:
Orationis dogmata
Pandit, Magister Mysticus.
Quæ vellet ille præmia?
Christus rogavit; sed: *pati*,
Temnique pro te, reddidit;
Nec plura deinde postulat.

Epigramma.

Alme Reformator, *Crux* est, & *Gratia* nomen;
Nam venit à puero *Gratia*, *Crux*que tibi:
Præmia pro pœnis Dominus tibi præparat; at tu,
Contemni, &, poscis, sæpiùs ægra pati.

XXV.
S. CATHARINA, V. M.

Hymnus.

Noluit Christus, CATHARINA, Sponsam,
Donec è sacro Fluvio reatus
Abluas: lotam recipit, Jugalî
Annulò honorat.

Indè fallaces renuis Maritos:
Norma præfulges ſacra puritatis:
Et, vacans Cœlo, fragiles amores
Corde repellis.
Digeris doctos, ſtudioſa, libros:
Undique adductos, ſuperas Magiſtros:
Hi ſtupent, Chriſtum recolunt, Fidemque
Sanguine firmant.
At ferus Tortor religat, rotarum
Perdere intentat gladiis; ſed ipſa
Machinam perdis prece præparatam,
Clara triumphò.
Ne, tamen, deſint decus, & coronæ
Utque ſis Sponſo magis uniformis:
Enſis abſcindit caput: iſque Cœlo
Candida, rubra.

Epigramma.

Multiplici CATHARINA legit certamine palmas;
Hæc vicit doctos, doctior ipſa, viros:
Blanditias, gladioſque rotæ, mortemque triumphans,
Hæc fuit, eſt, & erit, Orbis, & Arcis, honor.

XXVI.

DESPONSATIO B. MARIÆ, V.

Hymnus.

Nubilem caſto ſociare Sponſo
Virginem, curant vigiles Miniſtri:
Quæritur JOSEPH: melior nec eſſet
Orbe Maritus.

Vir-

Virgo, ne Sponſum paveas: probatur
Moribûs: cuſtos erit hic pudoris:
Senties namquàm (Paranymphus offert.)
Damna pudoris.
Candidæ ſplendet roſa puritatis,
Juſtus, & clemens, ſimiliſque caſtis
Angelis: ſanctam fovet ille, vitus,
Virginitatem.
Proteget fidus ſocius, labore
Paſcet inſomnî, comitem periclîs
Sê dabit, tecum petet & prophanas,
Sedulus, oras.
Virginem, JOSEPH, ſine labe puram,
Accipe Uxorem: melior MARIA
Non fuit totô, nec erit futura,
Fœmina Mundô.
Ventre ne temnas gravidam, ſupernâ
Vî, dedit Factor, generaſſe Fœtum:
Virgo poſt partum, velut antè partum,
Hæc erit Uxor.
Huic, libens, totus famulatur Æther:
Angeli huic parent; fator atque rerum,
Subditus, Matrem colet hanc, potentem
Germine ventris.
Numinis Prolem pariet, vocabunt
Te Dei Patrem: vigilans, cibabis,
Qui cibat cunctos, tribues amictum
Arva tegenti.

*** *** ***

Epigramma.

Te canimus JOSEPH, Cœlô felicior ipsô;
Summi cui nubit Numinis alma Parens:
Hunc tu, Virgo Parens, tutissima suscipe Sponsum:
Nullus adest totô castior Orbe virûm.

S. PETRUS ALEXANDRINUS, Episc. M.

Hymnus.

Te jure laudum munere tollimus,
Athleta, Mundo frugifer: intimô
Te corde sublimant Fideles,
Voce canunt hilarî triumphos.
Iras ferocis Principis excipit
Blandè; serenus vincula sustinet:
Mirantur, & virtute cunctos
Consolidat, patiens libenter.
Condemnat acres hic Arij dolos,
Sanctæque Plæbis separat â Grege:
Missos precatores repellit;
Utque hominem fugiant, suadet.
Causam revelat, cur vafer hic lupus
Vitetur illis perpetuâ fugâ:
Quòd, scilicet, vestem nitentem
Dilaceret Domini, protervus.
Dixisse Christum sic sibi, dùm stetit
Noctu, videndus, vesteque dirutâ:
Confirmat, effusô cruore,
Deinde Fidem, gladiô peremptus.

Epi-

Epigramma.

Petre, vides Christum discissâ veste fatentem,
Hanc Arium rabidô dente scidisse fibi:
Discite, seducti, tenebrosa in nocte labantes;
Ut sua fert Christus, vulnera facta Gregi.

XXVII.

S. DIDACUS, INTERCISUS, M.

Interciſus adeſt Didacus, cui membra minutim
Diſcindit tortor, diſſecat atque caput:
Abnuit ille Fidem primô, mox pœnitet, audax
Irruit inque enſes, irruit inque neces.

XXVIII.

S. GREGORIUS III. P. C.

Moribûs eluces, Gregori, Populoque fideli,
Dùm præis exemplô, paſcua læta paras:
Hic verbîs, & corde, Deum veneratur, honorat:
Gnaviter, expulsîs, ſervat Ovile, lupîs.

XXIX.

VIGILIA S. ANDRÆÆ, AP.

Te vocat, Andræas, Dominus: tu nave relictâ,
Ferventî ſequeris pectore juſſa Dei:

Qui

Qui nuper pisces, homines piscarier ultrà,
Præciperis: pisces hos capis ipse Cruce.

S. SATURNINUS, M.

Dira SATURNINUS patiens tormenta, triumphat;
Proque Fide, & Christo, suadet, obire neces:
Non amor hunc Mundi, non prava coinquinat ætas:
Nullus erat terris: Æthere totus erat.

XXX.

S. ANDRÆAS, APOST.

Hymnus.

Piscator olim, pisces prendis æquore,
At mox viros capis, Polôque collocas,
Peritus artis, Mundô laxîs retibûs:
Epirus, & Scyta, norunt, & Thracia.
Agnum Joannis voce noscis inclytum:
Illum statim sequendô, Fratrem pertrahis;
Christi Gregi talem lucrando Principem,
Fis jure Petri laudum plenè particeps.
JESUM, Deum, clamas, Crucemque prædicas:
Fervore vincis corda, Cœlo convocas:
Sermone diros arguis Proconsules:
Stringunt, furore cœci, terrô carcere.
Dùm sæva certat vincla Plebs disrumpere,
Dulcî, rogas, sinat constrictum carcere,
Ne grata cedat pœna, ne mors prospera,
Ne pulchra, Cœlos recreans, victoria.

Tan-

Tandem, crucifixus, libenter devoras
Tormenta, pœnas, nugas, & ludibria:
Plaudis neci lætus, Crucique fertili;
Christo paris multos, è ligno differens.

Epigramma.

Emicat ANDREAS, toti clarissimus Orbi;
Qui dulci semper duxit amore Crucem:
Figitur in ligno; gaudens, imitatur JESUM;
Gaudeat utque diu, mors quoque longa fuit.

DECEMBER.

I.

S. NATALIA, UXOR S. ADRIANI, Ms.

Epigramma.

Fervida, Martyribus servit NATALIA: suadens
Voce, Virago, dabat robora multa viris.
Quem constanter amat, perdit, generosa, Maritum;
Ne, vitam servans, perderet ille Deum.

* * * * * * * * *

S. BI-

II.
S. BIBIANA, V. M.

Hymnus.

Pro Fide Christi Genitor peremptus,
Pro Fide Matri caput amputatum,
Dant tibi robur, BIBIANA, ut æquâ
Sorte fruarîs.
Dat Soror, pugnans patriô vigore,
Et parî caulâ moriens, feraces
Prælio vires, animosa ut hæres
Sis quoque palmæ.
Appetit nummos cupidus Tyrannus,
Privat illustres opibûs Sorores;
Ast, ope humanâ penitùs carentes,
Educat Æther.
Fœminæ, Virgo, violanda, vafræ
Traditur; verùm pia Castitatis
Obstat assertrix, duplicîque gaudet
Aucta triumphô.
Impius nudat, ligat & columnæ,
Virginem Tortor; ferit & cruentîs
Membra, plumbatîs, animamque, Martyr,
Ictibûs efflat.

Epigramma.

Fœmina nec potuit superare vaferrima fraude,
Vincere nec Judex te, BIBIANA, minis:
Diluis insidias, tormenta ferocia rides;
Et, moriens, retegis robora mira Dei.

S. PE-

S. PETRUS CHRYSOLOGUS, Episc. C.

Hymnus.

Aurea PETRUS viget in loquendo
Voce, quod nomen dedit, & decorem,
Qui legat libros, fugiet caducos
Orbis honores.
Hi jocos vitat, juvenis; seniles
Induit mores, pietate nutrit:
Maior, in JESUM geminat tenaces
Cordis amores.
Præsulem primò renuit Rabenna:
At Pater Summus videt hunc Patronos
Cœlites inter, meritis micantem,
Munere dignum.
Cæteros linquit; placet hic, gubernet
Ut Gregem, Cœlò sibi præparatum.
Principes PETRUS trahit in salutem,
Lusibus obstat
Territat fontes vehemens loquelâ:
Culpa discedit, viget atque virtus.
Ipse, quò Cœlos rapiat, recessu
Separat, uber.

Epigramma.

Personat, & mulcet, dulcis facundia PETRI;
Delectansque docet, dùm pia verba ciet:
Condit, apis, libros; suavi dulcore saporat:
Lectores adigit, firmiter esse Dei.

S. FRAN-

III.

S. FRANCISCUS XAVERIUS, IND. AP.

Hymnus.

Te expectant avidæ, XAVIER, insulæ,
Te cœci populi nocte sub horrida:
I velox, tenebras discute: Sol ades,
Induces radiis diem.
Dulcem, te recreat, linquere Patriam:
Contemnis titulos conspicuæ Domûs:
Dùm, visæ, regravant multiplices cruces,
Clamas: *Amplius, amplius.*
Lætus pauperie, commoda despicis:
Per syrtes pelagi, per juga montium,
Is, Gentes miseras finibûs ultimis
Christo subdere Principi.
Vix sacros Latices brachia sustinent:
Raucescit reperens vox pia Formulas:
Virtus usqueadeô prodigiis nitet,
Constans usqueadeò Fides.
Immensis Dominum tractibûs insonas,
Aras innumeras comminuis stygis:
Reges, & Proceres, Regnaque plurima,
Victricem recolunt Crucem.

Epigramma.

Fulminis instar adit XAVERIUS, urere Mundum:
Usit sydereis & Genus omne rogis:

Fervidus hic laudes Domini Genus omne docebat:
En quarè fervens hunc Genus omne colat.

IV.

S. BARBARA, V. M.

Hymnus.

Exultat Patriô BARBARA carcere,
Gaudens opprobriis, jurgia fustinens,
Nec pectus domat unquam
Duri sævities Patris.
Turrî clausa gravî, Cœlica gaudia,
Perpers, commemorans, tœdia defugat:
Instantî prece Cœlum
Ad pugnas vocat horridas.
Hìc sanctæ Triados dedita amoribus,
Ut victrix agitet prœlia, se parat:
Per tres illa fenestras
Cœli vocitat Accolas.
Invictam Genitor cùm videt in Fide,
Districtô gladiô guttura dissecat:
Ah nullus Genitore
Tortor cæderet acrior!
At Patrem, stolidô pectore barbarum,
Cœlum corripuit fulmine: BARBARA
Servat, blanda, clientes
Dirô fulminis impetu.

Epi-

Epigramma.

In Patrem transfer nomen, pia BARBARA; quippe
Tu blanda, & mitis: barbarus ille fuit.
Si pietatis habet tot palmas, BARBARA; nemo
Horrebit posthàc, barbarus esse, reor.

V.

S. SABBAS, ABBAS.

Exustus zelô, pia Dogmata SABBA tuetur;
Mordentesque hostes voce potente domat:
Ille probat pietate Fidem. Nequit error habere,
Cui tam divinîs moribûs esse datur.

VI.

S. NICOLAUS DE BARI, Episc. C.

Hymnus.

Hunc sanctitas, infantulum,
Exaltat à cunabulis:
Statîs diebûs abstinens,
Nutricis arcet ubera.
Crescens, avitas copias,
Libens, egenis dividit:
Prænuntiatam naufragis,
Orans, procellam temperat;

Sti-

Stipem feneſtrâ, incognitus,
Jacit puellis indigis,
Ne, proſtitutæ, congruos
A ſe repellant conjuges.
Ingreſſus ille Eccleſiam,
Notatus antè nomine,
Fit Præſul, & virtutibûs
Oves paratas educat.
Vinclîs Tribunos eripit;
Arium refutat, impiger:
In aſtra, ſeptus Angelis,
Plenus trophœîs, emigrat.

Epigramma.

Chriſtiadûm laudes mirè NICOLAUS adauget;
Cujus in Orbe, recens nunc quoque fama ſonat;
Liberat oppreſſos, inopes ditatque puellas,
Splendens utque Pharos Præſulis arte fuit.

VII.

S. AMBROSIUS, Epiſc. C. D.

Hymnus.

Dùm turba quærit Præſulem,
Diviſa fert ſententiam:
Pars una juſtum poſtulat:
Pravum petebat altera;
At diſtrahit litem puer,
Dùm clamat altè: AMBROSIUM.

Condunt apes examina
Infantis ore: dulcia
Quàm verba, maior, funderet,
Apes notarunt sedulæ;
Rigoris ast aculeum
Dulcis ferebat lenitas.
Domûs nitorem Numinis
Curavit, audax, impiger:
Sermone mores instruit,
Impugnat errores, vigil,
Fœnat Potentes dyscolos,
Mulctatque pœnitentiâ.
Placet venusta castitas;
Hinc ille scriptîs virgines,
Et voce, perpers, evehit,
Agnoque Cœlesti trahit:
Et candidîs ut moribûs
Effulgeant, curat frequens.
Multos parit sermonibus
Christo decoros Filios:
Quos inter, ille prævalet,
Qui, Solis instar promicans,
Factîs, librisque, Ecclesiam
Doctor tuetur perspicax.

Epigramma.

Educat Ambrosii facundia dulciter Orbem;
Dulciùs at sacrîs moribûs ille docet:
Jura Dei, Fideique tuens, Leo rugijt acris,
Oretenus dulcî dulcia mella bonis.

IN-

VIII.

INTEMERATA CONCEPTIO B. MARIÆ V.

Hymnus.

Virginis Matris canimus trophœa,
Forma quæ fulget sacræ puritatis:
Fluctibus culpæ reliquis subactis,
Sola triumphat.
Jussa contemnens veneranda, tabo
Imbuit noxæ Genitos Adamus:
Virus effugit, pede Virgo vatrum
Pressit & anguem.
Tota primœvæ soboles Parentis
Criminis nimbo perijt: refulsit
Tuta sed Christi Genitrix, nec ullâ,
Naufraga labe.
Cæteri cuncti periere culpâ:
Virgo communi nece liberatur:
Damna seductæ superavit Hevæ
Sorte beatâ.
Splendet instanti decorata primo
Gratiæ donis; caput atque fregit,
Fausta, serpentis, barathrique fraudes
Vicit, & astus.
Labe communi maculata, flevit
Tota Sanctorum series: MARIAM
Excipit pacto Deus, & minaci
Lege redemit.

Pangimus lætas tibi, Virgo, laudes,
Una quæ culpam fugis inter omnes:
Semper at, Patrem Dómini nitentem
Esse, decebat.

Epigramma.

Crimine fordescunt omnes; sine labe refulges
Virgo: Serpentis diruit illa caput.
Hæc placuit Domino, cùm primò cœperat esse;
Hæc, nisi grata Deo, vivere, & esse, nequit.

S. EUTICHIANUS, P. M.

Quadraginta duo, tèr centum corpora cæsa,
Dive, tuîs manibûs suscipiens, tumulas.
Præmia fert Dominus: pro Martyre sæpè sepultô,
Martyriò decorat, digna sepulchra parat.

IX.
S. LEOCADIA, V. M.

Hymnus.

Clarum Genus te provehit;
Celsô Toleti nomine,
Virgo, nitebas: postmodùm
Te stemma tollit celsius.
Plagîs Iberis, funditùs
Christum fugare Principem,
Cupit sceleatus Carnifex;
Crebrosque, trux, interficit.

Ac-

Accersit ille Virginem;
Blanditur ore subdolô:
Immobilem constantiam
Terrore, certat, flectere.
Jubetur, ire carcerem;
Virgo gementes temperat,
Enuntians, quot præmia
Tormenta Cœlô germinent.
Antrô repressa squallidô,
Audit labores Martyrum:
Et flebilis compassio
Induxit auferam necem.

Epigramma.

Carcere clausa diù, LEOCADIA plurima perfert;
Christiadûmque neces flens, subit ipsa necem:
Mox pulchra apparens, Alphonsum laudat, honorem
Quòd sic servarit Virginis, ore, sibîs.

S. MELCHIADES, P. M.

MELCHIADES subijt validè tormenta Tyranni,
Dùm ciet hic sancto prælia sæva Gregi:
Postquàm facta quies, dulci quoque pace quiescit;
Lectum que, extinctîs, floret Ovile, lupîs.

*** ***
***

X.

TRANSLATIO S. DOMUS LAURETANÆ.

Hymnus.

O Domus, totô celebranda plausu!
O Domus, gratis recinenda metris!
Quâ Dei Verbum fragiles benignè
Induit artus!

Hâc Dei Mater, pia Virgo, nata,
Attulit mœstis medicamen ægris:
Attulit certam miseris medelam:
Attulit Agnum;

Qui viros fusô redimat cruore;
Qui Stygem frœnet, veniamque lapsis
Conferat, Cœlos referat, clientes
Transferat astris.

Hostibus, tandèm, Galilæa cessit;
Non benè hos inter Domus hæc manebat:
Indè sublimis gradiens per auras:
Innovat oras.

Dalmatæ sedem regione fixit:
Hìcque per quosdam remoratur annos:
Posteà pinguem, veniens Picenum,
Incolit agrum.

Hìc nitet toti pretiosa Genti:
Hùc & externas vocat illa turbas:
Advenæ Templum recolunt perennî
Laudis honore.

Servulos Virgo fovet hìc serena:
Obtinet sanctum scelerum dolorem:
Ingerit fervens studium salutis:
Allevat ægros.

Epi-

Epigramma.

Nazara fausta Domus, volitans peregrina per auras,
Quâ JESUS colitur, sistere pergis humum:
Dedecet, impuros inter consistere puram:
Romanô, antè aliud, te decet, esse Solô.

S. EULALIA, EMERITENSIS, V. M.

Hymnus.

Ab urbe longè EULALIA
Curîs paternîs abditur,
Ne Præsidis crudelitas
Pœnîs cruentîs, ut Fidem
Negaret almam, cogeret:
Vel confitentem perderet.
Illam Donatus, Presbyter,
Instruxit; altâ munijt
Virtute: constans & Fide,
Sub nocte clam per devia
Urbem petit, reprendere,
Cœcum furore, Præsidem.
At iste, blandîs Virginem
Verbîs, putat, seducere;
Mox in Fide constantiam
Paucis in annis obstupens:
Ut flectat in sententiam
Terrore, pœnas asserit.

Et ungulis, & fustibus,
Castum ferit corpusculum:
In calce vivâ mergitur,
Dat unda calci robora,
Plumbô liquatô funditur,
Faceisque comburunt latus.
At, ore flammas hauriens,
Instar columbæ, spiritus
In astra scandit. Dein nive,
Candente sicut linteô,
Repentè Christus inclytæ
Sponsæ cadaver contegit.

Epigramma.

Nocte Domô fugiens, EULALIA venit in urbem;
Obiurgate trucis barbara corda viri:
Cæditur: ore bibit flammas: plagisque notata
Corpore, læta, Dei sacra trophœa legit.

OCTAVA S. FRANCISCI XAVERIJ.

Dùm gemit ærumnis longuinquis XAVIER oris,
XAVERII JESUS cernitur ægra pati.
Partitur pœnas Famuli: immortalis ut ipse
Iam sudare nequit: tristis, imago madet.

*** *** ***

S. DA-

XI.
S. DAMASUS, Papa, C.

Hymnus.

Hiſpanus, oras DAMASUS Heſperas
Illuſtrat ortu: Chriſtigenum bono
Vixit diu, rexitque Navem
Tardiùs, ut pelagi peritùs.
Prudens, pudicus, caſtus, & impiger
Zelator, almo præficitur Gregi:
Arceſsit hic Patrum Senatus,
Et Fidei canones refarcit.
Hic Urbe condit Templa nitentia:
Finire Pſalmos, hic Triados iubet
Cùm laude ſemper: concinentes
Perque vices reſonare laudem.
Metrîs beatîs, muſicus elegans,
Acquirit amplum virginibus decus:
Falſiſque Pœnâ Talionis
Teſtibus infinuat timores.
Cœtus ſacrati carmine Principum
Exornat Ædem. Sol Cregibus nitet;
Virtute firmat; voce, factîs,
Damna fugat, reparatque mores.

Epigramma.

DAMASUS, ut methodô Domino repetantur honores,
Iuſsit ab alternis metra beata cani:
Virginitatis amans, pia carmina condidit uber;
Gloria Pontificum, tutaque norma, nitet.

S. ELI

XII.

S. EPIMACUS, M.

Poſt exantlatas pœnas, tormentaque ſæva,
EPIMACUM, tandem, torrida flamma cremat:
Perpetuam memorat flammam, vermemque furentem,
Fortior urentî ſic fuit ille rogô.

XIII.

S. LUCIA, V. M.

Hymnus.

Nullîs te potuit, LUCIA, vincere
Mundus blanditiîs, ſæpius irritîs:
Spernit ritè caduca,
Ad JESUM rapiens, amor.
Obſtas conjugijs Nobilium frequens:
Non Mater precibûs prævalet anxiîs:
Te Sponſam Deus optat,
Pulchram moribûs imclytîs.
Hæc, viſens Agathæ Templa, litamina
Ut Divæ referat, plauditur; audijt:
Matri poſſe ſalutem,
Si clamet, dare protinus.
Mox, quòd connubium divitis abnuat,
In vinclis premitur, reſpuat ut Fidem:
Fortî corde timorem
Pellit, ſollicitat neces.

Hanc

Hanc nec flamma vorat, robora nec boum
Abducunt stabilem; sed gladius necat,
Laudes ultimus ut sic
Christo formet anhelitus.

Epigramma.

Pauperibus dotem tribuis, pia LUCIA, fraudes
Ut superes Erebi, dat quoque verba Deus:
Nec vî, nec pateris devinci, tradita flammis:
Proxima vaticinans munera pacis, obis.

XIV.

S. ESPIRIDION, Episc. C.

Æthnicus insultatque Fidem, insultatque sequaces;
Ast ESPIRIDION voce potente domat:
Vocibus Æthereis hominum facundia cedit;
Doctior opprimitur, verba parante Deô.

XV.

OCTAVA INTEMERATÆ CONCEPTIONIS B. MARIÆ. V.

Crimine fertilior, quàm germine, terra virebat;
Polluit ulqueadeò pectora cuncta scelus:
Quotquot erant homines, tot erant & Numinis hostes:
Unica Virgo Dei semper amica fuit.

S. VA-

S. VALERIANUS, Episc. M.

VALREIANUS erat grandœvâ ætate verendus:
Nulla domus recipit; degit, obitque, in agro:
Tradere, detrectat, sacra ornamenta Tyranno:
Hæc tota exilij causa, necisque, fuit.

XVI.

S. EUSEBIUS, Episc. M.

Hymnus.

Ex Fonte sacro subvehit Angelus,
Summusque Pastor suscipit, educat,
Te Dive, quem Christus, domando
Hæresîs, eligit, arma sævæ.
Sermone pollet, pollet & insitâ
Vi mentis: arcet fœmineos dolos,
Arteſque lascivas, pudicus:
Strenuus obstat Athlas iniquis.
Fidem tuendo, strenuus erigit
Vexilla: laurîs cingitur; & nitens
Splendore doctrinæ, repellit
Tartareas, vehemens, tenebras.
Cœtus peritûm promovet hic Patrum,
Qui luce turbent horrida nubila:
Legatus, exterret Potentes;
Continuitque luem feracem.
Mox dura passus, fulget ubilibet:
Infidus urget Pastor enormiter:
Saxis retundunt, vincla stringunt;
Hostibûs at domitis, triumphat.

Epi-

Epigramma.

Lux fuit EUSÉBIUS, medicus; lux, norma, columna;
Vis nulla hunc potuit vincere, nulla manus:
Ut Sol, longinquas peragrat, nitidissimus, oras;
Dùmque fugat tenebras, lumine corda fovet.

XVII.

S. LAZARUS, Episc.

Hymnus.

Christi manu triumphat faustè LAZARUS;
Jussu triumphat prosperò.
Defunctus, ecce, tabidîs putoribûs
Fœtebat, antrîs abditus.
Deum Sorores clamitant, ut suscitet;
Dilatat hic miracula.
Clamore frendet acrî, turbat se dein,
Tristesque fundit lachrymas.
Saxum, jubet, movere, moxque præcipit;
Diu sepultum surgere.
Surrectus iste, prædicat JESUM, Deum;
Et esse, factîs noverat.
Judæa laudes increpans incredula,
Silere prorsus præcipit.
Sorbendus, absque remis, absque remige;
In nave ponto traditur.
Custode navigat Deô vastum mare,
Receptat illum Gallia.

Fi-

Fidemque tradens incolis Aquenſibus,
Inſtruxit almîs moribûs.
Paſtor cibat Gregem, tuetur ſedulus,
Sermone Cœlo præparat.

Epigramma.

Quamvis fœtentî iaceat, religatus in antro,
LAZARUS aſſurgit, voce vocante Dei.
Crimine qui langues, Chriſtum, te ſæpe vocantem,
Audi; ne ſurdum mors ſine fine domet.
O Sapientia, quæ ex ore Altiſſimi prodiiſti &c.
Ex Offic. Eccleſ. hîs ſeptem diebûs.
O *fortis*, *ſuavis* qui ſimul, qui cuncta gubernas!
Crimine nos *fortis* diſtrahe, *ſuavis* ama:
Tu ſapiens, quem nulla latent: ah dirige cœcos,
Et vitæ, venias, ipſe docere vias!

XVIII.

EXPECTATIO B. MARIÆ. VIRGINIS.

Hymnus.

Virgo, divinum paritura Fœtum,
Plauſibûs Ventrem canimus pudicum:
Portat, antiquis toties petitam,
Ille ſalutem.
O nimis felix Gremium! nec aſtra
Luce ſic fulgent. Superat decore
Terra: nocturnîs tenebrîs abactîs,
Virgine ſplendet.

Ven-

Ventre sub parvò capiturque, totus
Quem nequit Mundus. Gerit ista Cymba
Eminùs Panem, saturabit omnem
Qui simul Orbem.
Plaudimus sorti nimis ò beatæ,
Virgo: tu mœstis placidum levamen:
Tu decus nostrum, nitor, & corona,
Spes quoque certa.
Anxiè, Partu, redimente vinctos,
Optat Humanum Genus, allevari:
Da brevi JESUM, ruat ut cruenti
Dœmonis ira.
Da brevi JESUM: morietur omne
Crimen: Infantem redamare pergent
Corda, nec rursus malesana carpent
Compita noxæ.
Dà brevi JESUM: gerit ille flammas,
Et Poli metas rapient scelesti;
Justus accrescet meritis, serenâ
Pace fruemur.

Epigramma.

Squallet in horribili totus caligine Mundus;
Fer citiùs miseris lumina, sancte Puer:
Castô ventre lates, nitidi fulgoris origo;
Nubila, clare Puer, vincere luce, veni.

)(§)( )(§)(✠)(§)( )(§)(

S. AU-

S. AUXENTIUS, Episc. C. anteà Miles.

Quòd Baccho, AUXENTI, botros offerre recuses,
Militiæ exspoliant munere, laude, gradu:
Præsulis at Christus meliorî stemmate adornat:
Pace fovet terrîs: Æthere pace beat.
O Adonai, & Dux Domus Israel &c.
O Dux Jacidûm, flammis qui vepre flagrantî
Apparens Mosi, jussa beata dabas!
Festina, fortî dextrâ salvare ruentes;
Mandatis dociles, da pius, esse tuis.

XIX.

S. NEMESIUS, M.

Ceu latro, NEMESIUS fuerat sub vincula iactus;
Ast vitæ integritas, cognita, vincla levat:
Mox intellectus, quòd Christi Numen adoret,
Inter latrones traditur esca rogo.
O radix Jesse, qui stas in signum populorum. &c.
O radix Jesse, in signum qui mitteris Orbi,
Quam super & Regum protinus ora silent;
Quamque precabuntur Gentes! ah solvere vinctos,
Accelerâ; & præpes sis medicina malis!

XX.

VIGILIA S. THOMÆ, AP.

Longinquis JESUM THOMAS adduxerat Indis;
Ast ubi Plebs gaudet, Rex furit insipiens:
Confoditur telis; Regio, tamèn, ampla, rigata
Sanguine fœcundô, nunc colit usque Fidem.

S. DO-

S. DOMINICUS, SYLENSIS, C.

Maurica dùm ſolvis, quæ dextera, vincula, ſtrinxit;
Strictius adſtringis pectora, Dive, tibi
Templa catenarum pertæpè onerata trophœis,
Quam pius es vinctis carcere, ritè notant.

O clavis David, & ſceptrum Domus Iſrael &c.

O clavis David, Jſacidûm pernobile ſceptrum!
Quem tu conſtringas, ſolvere nemo potes;
Nemo, quem ſolvas, conſtringere: carcere velox
Eripe, ne mortis nos magis umbra premat.

XXI.

S. THOMAS AP.

Hymnus.

De Chriſti aperto pectore
THOMAS Fidem deduxerat;
Viſôque JESU, ſaucius
Amore, flammîs æſtuat.
Præcepta vitæ tradere,
Et lætus et aſtu Dœmonis,
Atrîs tenebrîs lubricas,
Gentes decorat lumine.
Poſt Nationes plurimas,
Quas ſubdidit ligno Crucis,
Indos domare in ultimos
Perrexit Orbis terminos.

Hìc ſanctitatis gloriâ,
Sermonis eloquentiâ,
Magnîſque dein miraculîs,
Indos domat, luſtrat Fide.
Furore Rex ardet gravî;
Noctem diei præferens,
THOMAM benignum, ſobrium,
Telîs, jubet, configere.

Epigramma.

Educat Hyrcanos, Bactros, Parthoſque, Medoſque,
Atque Indos, THOMAS, ardua multa vorans:
O meritò attrectat ſurrecti vulnera Chriſti,
Eruat ut tantis Gentibus indè Fidem!
O oriens ſplendor lucis æternæ &c.
O oriens, ſplendor Lucis, quæ fulget ab œvo,
Et Sol juſtitiæ! promptiùs eſto ſalus:
Quoſque umbrâ mortis reperis, tenebrîſque ſedentes,
Illuſtra, & nigrum dirue luce chaos.

XXII.

S. ZENON, MILES, M.

Irriſit ZENON, Cereri quòd ſacra litarent;
Ob facinuſque, ferâ plectitur ille nece:
Abſcindunt cerebrum: maxillas antè retundunt:
Evellunt dentes: Milite Chriſtus ovat.
O Rex Gentium, & deſideratus earum &c.

O Rex cuncti Orbis, cuius te vota peroptant;
E Populis unum, qui facis, esse Gregem!
Quem limô formasti hominem, descende, mederi;
Non nisi descensu te levat ille tuô.

XXIII.

S. VICTORIA, V. M.

Noluit Eugenio VICTORIA nubere; nec vult,
Evehere insanos thuris honore deos:
Eugenij suasu tortor cor perforat ense;
Portentilque nitens pluribûs, astra volat.

S. SERVULUS, C.

Limine Clementis, paralypsî SERVULUS æger,
Exiguam tristi quærităt ore stipem.
Hunc fidibûs mulcent superi, super astra vocantquê;
Æthere faustus ovat, qui miser Orbe fuit.

O Emmanuel Rex, & Legifer noster &c.

O pius Emmanuel! ò Rex! ò Legifer æquus,
Quem Gentes spectant, ut malą cuncta fuges!
Tu Deus, & noster Dominus: miserere rogantûmê
Aspectu citiûs tristia corda leva.

XXIV.

VIGILIA NATIVITATIS D. N. JESU-CHRISTI.

Parcite iam lachrymis, homines: gaudete; propinquat
Noſtra ſalus, ſplendor, gloria, vita, decus:
Humanâ cum carne Deus, ſub corpore parvò,
Hâc, nobis ſimilis, Nocte videndus erit.

S. TARSILLA, V.

Virginitatis amans, mirè TARSILLA triumphat:
Nulla fuit terrîs, Æthere tota fuit:
Attrahat ut JESUM, ſcandit creberrima Cœlos;
Attrahit, & JESUS morte propinquus adeſt.

XXV.

NATIVITAS D. N. JESU-C.

Hymnus.

O nox, ſplendiferò Sole micantior,
Quæ Mundi penitùs nubila proteris!
O gratîs meritò verſibûs inſonas,
Quæ tot gaudia ſuggeris!
Lætò, terrigenæ, pſallite carmine:
Mœſtis triſtitiam pellite cordibûs:
Nobis, ecce, Puer, miſſus ab Æthere,
Adducit ſacra jubila.

Hunc

Hunc festîs celebrant plausibûs Angeli,
Mulcentes metricis aëra vocibûs:
Ergo, lætificîs nos quoque canticîs
Laudamus Puerum Deum.
Quem Cœli nitidus non capit ambitus,
Lactantis tenuî corpore cingitur!
Et qui divitîs affluit omnibûs,
Abjectô stabulô iacet!
Olim terribilis qui Leo rugijt,
Pacem, depositîs corde furoribûs,
Affert. Hoc Superi vocibûs indicant,
Et plausus stimulant chorîs.
Qui quondam rapidô fulmine terruit,
Et fecit trepidos munere Judicis,
Ex molles lachrymas fundit, amoribûs
Ad se dulcibûs allicit.
Infans omnituens respuit omnia,
Quæ Mundus recolit: frigore contremit,
Qui campum rosetîs floribûs induit,
Qui Soli posuit jubar!
Se claudit fragilî corpore, roborat
Quæ vires hominum summa Potentia:
Ecquisnam, fieri talia, crederet?
At mentes superat Deus!
In fœnô, in paleîs, incubat; halitu
Huic & subsilio sunt animalia:
Sic brumam gelidam mulcet; at aëre
Plaudens gloria tunc sonat.
Pastores ovium, post modulamina,
Quæ dulcis Superûm concinuit cohors,
Regi pacifico munera deferunt,
Et Cœtum sociant pium.

Ad Præsepe, viri, pergite: mystica
Discetis Stabulô dogmata: Conditor
Cedit delicijs, cedit honoribûs,
Cedit divitijs, libens.
Infans, qui placidô lumine dissipas
Infestas nebulas, paceque recreas:
Disruptô scelerum compede, servuli,
Fac, te perpetuô colant.

Epigramma.

Cum Nato Jesu rutilat pulcherrimus Orbis;
Nam vetus è nostris nox ruit atra plagîs.
Gaude, pauper homo: solvet tibi vincla Redemptor,
Astra dabit: reprimet bella cruenta Stygis.

S. ANASTASIA, M.

Hymnus.

Dùm Cœlum terris prædulcem mittit Jesum:
Fert quoque terra vicem.
Ille venit, curare animos, virtute fovere,
Poscere corda hominum:
En Mulier, sanata animô, cui maxima virtus,
Saucia amore Dei.
Publius hanc sponsus, Christum quó deserat, urget;
Prælia dura parat.
Fortior hæc obstat: sævas vel mille vorare
Vult, animosa, neces.
Ille premit vinclîs, cæcô sub carcere claudit;
Vincla sed illa domat;

Chry-

Chrysogoni crebrò solatur epistola mœstam:
Lectio mulcet onus:
Restibûs, ut flammîs pereat, constringitur arctîs,
Victima grata Polo.
Magna strues ligni circùm succenditur ignî:
Devorat illa rogos.
Paulatim flammîs flagrantibûs uritur, ardet;
Plùs, tamen, ardet amor.
Spiritus it Cœlos, Cœlos quoque recreat ille,
Gaudia mille parat.
Accipias, Pater alme Poli, quæ terra redonat
Hâc holocausta die.
Ecce, tuus Genitus nobis induxit amores:
Hanc amor abripuit.

Epigramma.

Fausta, die ingreditur Cœlum ANASTASIA eádem,
Pro nobis Natus quò Deus Orbe fuit:
Ut terram redimat, Cœlum demisit JESUM;
Hanc dedit, ut recreet sydera, terra Rosam.

XXVI.

S. STEPHANUS PROTO-Martyr.

Hymnus.

Hic Primus inter Martyres,
Splendet, coronæ nomine:
Et quot coronas necteret,
Signante voce prodidit.

JESUM Ducem dùm provehit
Sermone multô, prenditur:
Robustus, expellit metus,
Plùs laudat antè judices.
Occumbat, actus impetu
Furente saxorum, petunt;
At Christus, axe fulgidus,
Firmat triumphos militis.
Hunc, Saulus, ut plùs imperat,
Vestes reservat vindicum:
Orans, Levita, fontibus
Flectit Dei clementiam.
Dùm saxa corpus aggravant,
Præstat vigore spiritus;
Hunc, clarâ voce personans,
Emittit in JESU manus.

Epigramma.

Primum Martyrij STEPHANUM rubra laurea cingit,
Qui, rigidô lapidum turbine cæsus, obit:
Panditur, ut videat certamina Martyris, Æther:
Vel Cœli STEPHANUS gloria grata fuit.

* * * * * * * * *

S. JOAN.

XXVII.

S. JOANNES, AP. EV.

Hymnus.

Doctoris iſte gaudet, & Apoſtoli
Honore: Virgo, Vates; Scriptor nobilis:
Charus Deo, viriſque, charus Angelis:
Amore vincit terram, vincit Æthera.
Inde corde JESU nitens, Coenâ paſcitur;
Ex fonte amoris ille flammas ebibit:
Hinc, fortis inter ægra, monte lugubri
Adſtat cruci Ducis, vicinus hoſtibus.
Hortô vocat ſecum, Thabore collocat,
Pœnas ut ille cernat, cernat glorias:
Adeſſe ſemper magnis, vult, myſterijs,
Ut viſa narret, præſens teſtis, poſteris.
Commendat illi Matrem Chriſtus, Filium
Et Matris illum ſignat, fauſtô munere:
Hinc Virginis gerit curam, ceu Filius;
Ut Mater, illum Virgo ſemper diligit.
Felix Vir! ô gaude! tu maior laudibûs!
Tu, ſorte pollens fauſtâ, facis æmulos,
Vel qui Polorum regnis ſplendent, Principes!
Noſtri memor, Matrem Legatam ſupplica.

Epigramma.

More volans Aquilæ, Plauſtrum portanſque JOANNES,
Omnipotens Verbum publicat ore, libris:
Hic tutela fuit Matris poſt funera Chriſti:
Ipſe Dei Matri Natus ut alter erat.

SS.

XXVIII.

SS. INNOCENTES. MM.

Hymnus.

Rabie frendens, ferus Hærodes
Cœpit Infantem perdere JESUM:
Et Regionis, quò necet illum,
Pueros; mandat, cædere cultrô.
Ergo, fatelles turbidus ore,
Rapit Infantes ubere matrum;
Atque, bimatu qui minor extat,
Minuit saxô, vel ferit ense.
Gemitu matres aëra turbant,
Rapiunt crines, pectora tundunt;
At ferus hostis pignora tollit;
Madet & fusô sanguine tellus.
Quid juvat amens ira, Tyranne?
Viget occisos inter Jesus:
Fugit, indemnis, vulnera cultri,
Ludit atroces, providus, astus.
Pueri dantur victima Cœlo:
Pueris dantur gaudia in œvum:
Te premit, ardens igne, Gehenna,
Hic quoque vili nomine turpem.

Epigramma.

Falleris: agglomeras Pueris, Rex impie, palmas:
Perdere quamque putas, regnat in Arce Cohors:

Ex

Ex quo tota ſalus, tua, providus effugit arma:
Perpetuumque tibi dedecus ipſe paras.

XXIX.

S. THOMAS, CANTUARIENSIS, Epiſc. M.

Hymnus.

Te THOMA, tota Eccleſia
Gratô canore concinit,
Pro cuius ipſe gloria
Dirum ſubiſti prælium.
Non hunc Propinqui ſupplices,
Non Regis irati minæ,
Non carceres, non vincula,
Terrore poſſunt flectere.
Promiſſa blanda reſpuit,
Fletus ſuorum nil movent:
Duræ neci, virtutibûs
Se muniendo, præparat.
Privatus hic proventibûs,
Per diſsitas exul plagas,
Cellîs latet, ſed Regius
Exinde deducit furor.
Ergo, preces dùm veſpere
Templô dicaret Numini:
Ne ſancta jura deſerat,
Ferro ſecandum, dat caput.

Epi-

Epigramma.

Munia sacra tuens, invictô pectore THOMAS
Obstitit, haud sævi Principis arma timens:
Plurima perpessus, Templo truncatur ab ense:
Strata trophœa Viri, sanguine tincta, notant.

XXX.

TRANSLATIO S. JACOBI, AP.

Hymnus.

Recreat Hispanos TRANSLATIO fausta Patroni,
Sione lictâ, nostras qui venit plagas.
Compostella pium recolit, servatque Cadaver:
Et, læta donô, promicat Gallæcia.
Primus Apostolici Cœtûs, occiditur ille:
Virtute pollens inclytâ, cupit necem.
Per mare longinquum dilectas appulit oras:
Ardens amor nostrî vetat distantiam.
In Regione diu latuit venerabile Corpus:
Regi, tamen, Casto monstratur cœlitùs.
Erigit Alphonsus celebrem, promptissimus, Ædem:
Et liberalî dextrâ ditat, prodigus.
Undique concurrunt homines, complaudere Divo:
Cunctosque Divus protegit præsentiâ.
Tutatur nostras acies, certamine primus:
Mauros que sæpe grandî cæde conterit.
Hunc nos Patronum colimus, veneramur, amamus:
Hôc arma nostra dimicant Tutamine.
Hôc viget Hispanus, victor; propagat in Orbe
Toto Fidem, feroces subdit Barbaros:

Epi-

Epigramma.

Incolat Hesperiam cum semper *mente* JACOBUS,
Non benè in externo limite *corpus* erat.
Hinc fit, ut ad charas requiescere venerit oras,
Ut sit nobiscum *corpore*, *mente* simul.

S. ANISIA, M.

Anxia dilectum peramabat ANISIA JESUM,
Cui dare vitam optat, seu priùs ille dedit:
Vota videt completa: Fidem quòd fervida servet,
Discruciat tortor, morte beante necat.

XXXI.

S. SYLVESTER, PAPA.

Hymnus.

SILVESTER anni circulum
Complet, diemque terminat;
Hic Pastor escas providus
Gregi Fideli detulit.
Pulsis venenis, pascua
Fœcunda signat; Hæresis
Sub nocte cœcâ devios
Adducit ad vitæ jubar.
Clerum beatis moribus
Fulgere, curavit vigil:
Se præstitit sequentibus
Exemplar antè lucidum.

De

Decretus Humanus cruor,
Ut lepra ceſſet Principis,
Ceſsit Lavacro Gratiæ:
Sanatur ille protinus.
Soracte montem dùm prece
SYLVESTER aſtra concutit:
Idola ab aris depulit,
Crucique conſtruxit Domos.

Epigramma.

Pavit Ovile Dei, latitans, SYLVESTER in antris;
Principis hic lepram Fonte nitente fugat:
Poſtquàm facta quies, talem ſe geſsit, ut ipſum
Pontificum, credas, arte fuiſſe Petrum.

FINIS ANNI SANCTI.

Omnia ſub correctione S. Eccleſiæ Romanæ.

CON-

CONCLUSIO OPERIS.

POST opus exactum, meritas tibi pangere laudes,
Gratus cogit amor, luminis alme Pater.
Te moderante chelyn, flexit pia carmina Numen;
Tu (bene si cecinit) muneris auctor eras.
Non ea delectant mendacibùs illita fucîs:
Omnia sunt factîs carmina plena piis.
Non ea decipiunt fictô modulamine: tantùm
Vel tua, vel Divûm, vera trophœa canunt.
Suave tuum recreat Nomen dulcedine versus,
Permixtumque metris dulcia metra facit.
Hâc ea voce tuâ clarô potiuntur honore:
Hâc nostrâ nimium suavia voce sonant.
Ergo tuum, dilecte Parens, pius, accipe munus:
Quod tu præbueras, hoc tibi rursùs adit.
Et quicumque sacrum numerîs celebravimus Annum,
Da, Cœlô æternîs te celebrare lyrîs.
Hæc quoque, Virgo Parens, tibi munera parva dicantur;
Dulcisonos reades ipsa Patrona modos.
Sæpe metrîs resonans, implet dulcedine, versus.
Voce venusta tuâ carmina, Virgo, facis.
Ergo modos, divina Parens, te sæpe canentes,
Accipe: da superîs tollere laude chorîs.
Angelicæ Classes, vos, quæ pia metra cientes,
Æternum Domino flectitis ore melos.
Agmina Sancta Patrum, veteris laus inclyta Mundi;
Tuque Prophetalî laude decora Cohors.
Cœtus Apostolicus, qui robore fortis, acerba
Passus, traxisti cum Cruce Regna Deo:
Vosque triumphantis Fidei, validissima Turba,
Cui rubet effusô palma cruore manu.

Vos,

Vos quoque Pastores Populûm, Mundique Magistri
Et Confessorum condecorata Phalanx:
Vos Nemorum decus, & cæco lux addita Mundo:
Vosque pudicitiæ gloria, Casta Cohors:
Denique, Vos omnes, quos posidet Æther in œvum,
Et gratò canitis Numinis ore decus:
Accipite exiguum munus, sociosque vocate
Nos quoque in Ætheros, metra ciere, Choros.
Tuque Sator rerum, Mundi, Cœlique voluptas,
Vivito cum Sanctis sæcula cuncta tuis.
Vivito, & æternas audi, Deus Optime, laudes,
Laus ubi Divorum, laus tua facta, sonat:
Quasque procul Celsis laudes tibi panximus Orbes,
Fac, nos perpetuò continuare Polò.

BREVE KALENDARIUM

SOLEMNITATUM, ET SANCTORUM, IN HOC OPERE CONTENTORUM.

Festa Mobilia illîs diebûs collocantur, quibûs inciderunt annô 1725, quô Opus primó elaboratum est. Festa, verò, quæ ab illo usque ad præsentem annum 1749. (quô Opus, correctum, & auctum, typis mandatur) vel sunt noviter instituta, vel in alios translata dies, eîsdem, ponuntur diebus, quibûs hôc ultimô annô celebrantur.

A. *Apostolum designat.* EV. *Evangelistam.* M. *Martyrem.* PAP. *Papam.* D. *Doctorem.* EP. *Episcopum.* C. *Confessorem.* V. *Virginem.* VID. *Viduam.* F. *Fundatorem.* *Geminatæ litteræ.* VV. MM. *Plures Virgines, & Martyres. Primus Numerus diem notat. Secundus, verò, paginam.*

JANUARIUS.

1. Circuncisio D.N. J. C. pag. 71.
S. Odilo, Abbas. 73.
2. S. Macarius, Abbas. 73.
3. S. Genovefa, V. 74.
4. S. Dafrosa, M. 74.
5. S. Simeon Stelita, C. 75.
6. Epiphania Domini. 75.
S. Macra, V. M. 77.
7. Transitus Domini in Ægyptum. 77.
S. Nicetas, EP. 78.
8. S. Severianus, Abbas. 78.
9. S. Julianus, & Basilisa. 78.
10. S. Gandisalvus, C. 78.
11. S. Higinus, PAP. 79.
S. Palemon, Abbas. 79.

12. S. Satyrus, M. 79.
13. S. Gumesindus, Presbyter. 80.
14. S. Hilarius, EP. 80.
S. Felix, Presbyter. M. 81.
15. S. Paulus Primus Eremita. 81.
S. Maurus, Abbas, 82.
16. S. Fulgentius, Ep. 83.
S. Marcellus, PAP. M. 84.
17. S. Antonius, Abbas. 84.
18. Cathedra S. Petri Romæ. 85.
S. Prisca, V.M. 86.
19. SS. Nomen Jesu. 87.
S. Canutus Rex, M. 89.
20. SS. Fabianus, PAP. & Sebastianus, MM. 90.
21. S. Agnes, V.M. 91.
22. S. Vincentius, M. 92.
S. Anastasius, M. 93.
23. S. Ildephonsus, EP. 94.
S. Raymundus, C. 95.
S. Clemens Ancyranus, & Agantangelus, MM. 96.
S. Joannes Eleemosinarius, EP. 96.
S. Emerentiana, V. M. 96.
24. B. V. Maria de Pace. 97.
Descensio B. M. V. in Templo Toletanum. 98.
S. Thimotheus, EP. M. 99.
25. Conversio S. Pauli, A. 100.
26. S. Polycarpus, EP. M. 101.
S. Paula, Vid. 102.
27. S. Joannes Chrysostomus, EP. C. 102.
28. Dominica Septuagesimæ, T. 12.
S. Julianus, EP. C. 103
Apparitio S. Agnetis, V. M. 104.
S. Jacobus Anachoreta.

ta. 105.
29. S. Franciſcus Saleſius, EP. C. 105.
30. S. Martina, V. M. 106.
31. S. Petrus Nolaſcus, C. F. 107.
S. Cyrus M. Medicus Anacor. 108.

FEBRUARIUS.

1. S. Ignatius, Ep. M. 109.
S. Cæcilius, EP. M. 110
2. Purificatio B. M. V. 110.
S. Apronianus, M. 112
3. S. Blaſius, EP. M. 112.
4. Dominica Sexageſimæ, T. 12.
S. Andræas Corſinus, EP. C. 113.
5. SS. Paulus, Didacus, & Jacobus, MM. 115.
S. Martinus Aguirre, M. 216.
S. Agatha, V. M. 117.
6. S. Dorothea, V.M. 118
7. S. Romualdus, Abbas. 119.
8. S. Joannes de Matha, C. F. 120.
9. S. Apollonia, V.M. 122
SS. Fructuoſus, EP. Augurius, & Eulogius Diaconi, MM. 123.
10. S. Scholaſtica, V. 129.
11. Dominica Quinquageſimę, T. 12.
S. Valerius, EP. 123.
12. S. Eulalia Barcinonenſis, V.M. 124.
13. S. Stephanus, Abbas. 125.
S. Martinianus Anachorita. 125.
S. Catharina Riccis, V. 125.
14. Feria IV. Cinerum, T. 15.
S. Valentinus, Preſbyter, M. 125.
15. SS. Fauſtinus, & Jovita, MM. 126.
16. S. Oneſimus, EP. MM. 126.

S. Juliana, V.M. 126.
17. S. Julianus de Cappadocia, M. 127.
18. Dominica Quadrageſimæ, T. 17.
S. Simeon, EP.M. 127.
19. S. Gavinus, Presbyter, M. 127.
20. S. Sadoth, EP. & Socij, MM. 128.
21. S. Petrus Mavimenus, M. 128.
22. Feſtum Cathedræ S. Petri Antiochiæ. 128.
23. S. Margarita de Cortona. 129.
24. S. Mathias, A. 129.
25. Dominica II. Quadrageſimæ, T. 20.
S. Cæſareus, C. 130.
26. S. Alexander, EP. 131
27. S. Julianus, M. 131.
28. SS. Presbyteri, Alexandrini, MM. 131.
S. Romanus, Abbas. 123.

MARTIUS.

1. S. Angelus Cuſtos. 132
S. Rudeſindus, EP. 132
2. S. Lucius, EP.C. 133.
3. SS. Emetherius, & Celedonius Fratres, MM. 133.
4. Dominica III. Quadrageſimæ, T. 24.
S. Caſimirus, C. 134.
Novena S. Franciſci Xaverij. 135.
5. S. Phocas, M. 136.
6. S. Evagrius, EP. 136.
7. S. Thomas Aquinas, C. D. 136.
8. S. Joannes à Deo, C. F. 137.
9. S. Franciſca VID. Romana. 138.
S. Catharina Bononienſis, V. 139.
10. Ss. Quadraginta Martyres. 140.
11. Dominica IV. Quadrageſimæ, T. 27.
S. Eulogius, Presbyter,

ter, M. 141.
12. S. Gregorius Magnus, PAP. D. 141.
13. S. Leander, EP. 143.
14. S. Florentina, V. 144.
S. Mactilde. 145.
15. S Longinus, M. 145.
S. Raymundus Abbas Fiteri. 145.
16. S. Papas, M. 146.
17. S. Patritius, EP. C. 146.
18. Dominica Paſsionis. 30.
S. Gabriel Archangelus. 147.
S. Braulius, EP. 148.
19. S. Joſeph Sponſus B. M. V. 149.
20. S. Vvulphranus, EP. C. 150.
21. S. Benedictus Abbas. 150.
22. S. Paulus, EP. C. 151.
23. S. Benedictus, M. 151.
24. S. Simeon Puer, M. 152.
25. Dominica Palmarum, T. 35.
Annuntiatio B. M. V. 152.
S. Dimas. 153.
26. S. Montanus, M. 154.
27. S. Rupertus, EP. C. 154.
28. S. Eſpeus, Abbas. 154.
29. S. Cyrillus, Diaconus, M. 155.
30. S. Joannes Climacus, Abbas. 155.
31. S. Benjaminus, Diaconus, M. 155.

APRILIS.

1. Dominica Reſurrectionis D. N. I. C. T. 46.
S. Macarius, C. 156.
2. S. Franciſcus Paula, C. F. 156.
S. Maria Ægypciaca. 157.
3. S. Agape, V. M. 157.
4. S. Iſidorus, EP. D. 158.

5. S. Vincentius Ferrerius, C. 159.
6. S. Cœleſtinus, PAP. C. F. 160.
7. S. Egeſypus, C. 160.
8. Dominica in Albis, T. 49.
S. Dionyſius, EP. 160.
9. S. Maria Cleophas. 161.
S. Caſilda, V. 161.
10. S. Pompejus, M. 161.
11. S. Leo Magnus, PAP. 162.
12. S. Victor Catheccumenus, M. 163.
13. S. Hermenegildus M. Princeps Hiſpaniæ. 163.
14. SS. Tiburtius, & Socij, MM. 164.
15. S. Indaletius, EP. M. 165.
S. Anaſtaſia Diſcipula Apoſtolor. 165.
16. S. Thuribius, EP. Aſturicenſis, C. 165.
S. Gratia (vulgò) Engratia, M. 166.
17. S. Anicetus, PAP. M. 167.
18. S. Galdinus, EP. C. 167.
19. S. Timon, Diaconus, M. 167.
20. S. Agnes Montepulciana, V. 168.
21. S. Anſelmus, EP. 168.
22. SS. Soter, & Cajus, Papæ, MM. 169.
23. S. Georgius, M. 169.
24. S. Sabbas, Dux, M. 170.
25. S. Marcus, EV. 170.
26. SS. Cletus, & Marcellinus PAP. MM. 171.
27. Patrocinium S. Joſeph Sponſus B. M. V. 172.
S. Thuribius, EP. Limanus. 173.
28. S. Vitalis, M. 174.
29. S. Petrus, M. 174.
30. S. Catharina, V. 175.

MA-

MAIUS.

1. SS. Philippus, & Jacobus AA. 177.
2. S. Athanasius, EP. C. D. 178.
3. Inventio S. Crucis. 179.
S. Alexander, PAP. M. 180.
4. S. Monica, Mater D. Augustini. 181.
5. S. Pius V. Pap. 282.
Conversio S. Augustini. 183.
6. S. Joannes Ante-Portam-Latinam. 184.
S. Joannes Damascenus, C. 185.
7. S. Sthanislaus, EP. M. 185.
8. Apparitio S. Michaelis Archangeli. 187.
S. Victor, M. 188.
9. S. Gregorius Nazianzenus, EP. 188.
10. Ascensio D. N. Jesu-Christi. T. 52.
S. Antoninus, EP. 189.
SS. Gordianus, & Epimacus, MM. 190.
11. S. Antimus, Presbyter, M. 191.
12. S. Dominicus Calzeatensis, C. 191.
SS. Nerius, Achilleus &c. MM. 192.
13. S. Petrus Regalatus, C. 192.
S. Secundus, EP. M. 193.
14. S. Bonifacius, M. 194.
15. S. Isidorus, Agricola, Patronus Matriti. 194.
S. Torquatus, EP. M. 195.
16. S. Joannes Nepomucenus, M. 196.
S. Ubaldus, Ep. C. 197.
17. S. Paschalis Baylon, C. 197.

18. S. Venantius, M. 198.
S. Felix Cantalicius, C. 199.
19. S. Petrus Cœleſtinus, PAP. 200.
S. Pudentiana V. 202.
20. Feſtum Pentecoſtes. T. 54.
S. Bernardinus Senenſis, C. 203.
21. Converſio S. P. N. Ignatij. 204.
S. Hoſpitius, C. 205.
22. S. Rita de Caſsia. 205.
23. S. Deſiderius, EP. M. 205.
24. S. Joannes Franciſcus, Regis C. 206.
25. S. Gregorius VII. PAP. C. 207.
S. Urbanus, PAP. M. 207.
26. S. Philippus Nerius, C. F. 207.
S. Eleupherius, Pap. M. 208.
27. Feſtum SS. Trinitatis. T. 57.
S. Maria Magdalena Pazzis, V. 209.
S. Joannes, Pap. M. 210.
28. Germanus, EP. C. 210.
29. S. Maximinus, EP. C. 210.
30. S. Ferdinandus, Rex, C. 211.
31. Feſtum SS. Corporis Chriſti. T. 59.
S. Felix, PAP. M. 212.
S. Petronilla, V. 212.

JUNIUS.

1. S. Secundus, M. 213.
2. SS. Marcellinus, & Socij, MM. 213.
3. S. Crotilda, Regina. 213.
4. S. Quirinus, M. 214.
5. S. Sanctius Corduvenſis, M. 214.

6. S. Norbertus, EP. F. 214.
7. S. Lycarion, M. 215.
8. SS. Medardus, & Girardus, Epiſcopi, MM. 210.
9. SS. Primus, & Felicianus, MM. 216.
10. S. Margarita, Regina Scotiæ. 216.
11. S. Barnabas, A. 218.
12. S. Onuphnius, Anachorita. 219.
S. Baſilides, Cyrinus &c. MM. 219.
13. S. Antonius Paduanus, C. 219.
14. S. Baſilius Magnus, EP. C. D. 221.
15. S. Dulas, M. 222.
16. SS. Vitus, Modeſtus &c. MM. 222.
S. Quiricus, M. 222.
S. Ludgarda, V. 222.
17. S. Emmanuel, M. 223.
18. SS. Cyriacus, & Paula, V. MM. 223.
19. S. Juliana de Falconerijs, V. 223.
SS. Gervaſius, & Prothaſius, MM. 223.
20. S. Silverius, PAP. M. 224.
21. S. Ludovicus Gonzaga, C. 224.
22. S. Paulinus, EP. Nolæ. 225.
23. S. Joannes, Presbyter, M. 223.
Vigilia S. Joannis Baptiſtæ. 226.
24. Nativitas S. Joannis Baptiſtæ. 227.
25. SS. Proſper, & Maximus, Epiſcopi. 228.
26. SS. Joannes, & Paulus, Fratres, MM. 228.
S. Pelagius, Puer, Corduvenſis, M. 229.
27. S. Sampſon, Preſbyter, C. 230.

28. S. Leo II. PAP. 230.
29. SS. Petrus, & Paulus, AA. 232.
30. Commemoratio S. Pauli, A. 234.
S. Basilides, M. 234.

JULIUS.

1. S. Simeon, C. 235.
2. Visitatio B. M. V. 235.
SS. Processus, & Martinianus, MM. 233
3. S. Heliodorus, EP. C. 237.
4. S. Namphanion, M. 237.
5. S. Cyrilla, M. 237.
6. S. Dominica, V. M. 238.
7. S. Firminus, EP. M. 238.
8. S. Elisabeth, Regina Portugalliæ. 239.
9. S. Cyrilus, EP. M. 240.
10. SS. Septem Fratres MM. 241.
SS. Rufina, & Secunda, Sorores, VV. MM. 242.
11. S. Pius, PAP. M. 242.
12. S. Joannes à S. Facundo, C. 243.
13. S. Anacletus, PAP. M. 244.
14. S. Bonaventura, EP. C. D. 244.
15. S. Henricus, Imperator, C. 245.
S. Camillus de Lelis C. Fund. 246.
16. Triumphus S. Crucis. 247.
Commeratio B. Mariæ de Monte Carmelo. 249.
S. Faustus, M. 250.
17. S. Alexius, C. 250.
18. S. Symphorosa, M. & ejus Septem Filij, MM. 251.
S. Marina, V. M. 252.
19. S. Vincentius à Pau-

Paulo, C. 253.
S. Aurea, M. 253.
20. S. Liberata, V. M. 254.
21. S. Praxedes, V. 255.
22. S. Maria Magdalena. 256.
23. S. Apollinaris, EP. M. 257.
S. Liborius, EP. C. 258.
SS. Bernardus, & Sorores, &c. MM. 259.
24. S. Christina, V.M. 259.
25. S. Jacobus, A. Patronus Hispaniarum. 260.
S. Christophorus, M. 261.
26. S. Anna, Mater B. M. V. 261.
27. S. Pantaleon, M. 262.
28. SS. Nazarius, Celsus &c. MM. 262.
S. Innocentius PAP. C. 263.
29. S. Martha, V. 263.
SS. Felix, Simplicius, Faustina, &c. MM. 264.
30. SS. Abdon, & Sennem, MM. 264.
31. S. Ignatius de Loyola, C. F. 265.

AUGUSTUS.

1. S. Petrus ad Vincula. 266.
SS. Machabbæi, Fratres, MM. 267.
2. S. Petrus, EP. Oxomensis, C. 269.
S. Stephanus, PAP. M. 270.
Festum B.M. de Portiuncula, seu de Angelis. 270.
3. Inventio S. Stephani. 270.
4. S. Dominicus, C. F. 271.
5. S. Maria ad Nives.

ves. 272.
S. Afra, M. 273.
6. Transfiguratio Domini. 273.
S. Xistus, PAP. M. 274.
7. S. Cayetanus Thiennæus, C. F. 275.
S. Donatus, EP. M. 276.
8. S. Marinus, M. 276.
SS. Cyriacus, Largus &c. MM. 276.
9. SS. Justus, & Pastor, Fratres, Pueri, MM. 277.
10. S. Laurentius, Levita, M. 278.
11. S. Tiburtius, M. 279.
S. Susana, V. M. 279.
12. S. Clara, V. 279.
13. S. Cassianus, M. 281.
S. Hyppolitus, M. 281.
14. Vigilia Assumptionis B. M. V. 281.
S. Eusebius, Presbyter. 281.
15. Assumptio B. M. V. 282.
S. Tarcisius, M. 283.
16. S. Hyacintus, C. 283.
S. Rochus, C. 284.
17. S. Joachim, Pater B. M. V. 285.
S. Liberatus, Abbas, 286.
18. S. Agapitus, M. 286.
19. S. Ludovicus EP. C. 287.
20. S. Bernardus, Abbas. 287.
21. S. Basa, & tres Filij. MM. 288.
22. SS. Cor. B. M. V. 289.
S. Thimotheus, M. 290.
23. S. Philippus Benitius, C. F. 291.
24. S. Bartholomæus, A. 292.
25.

25. S. Ludovicus, Rex Galliæ. 293.
26. S. Zepherinus, PAP. M. 294.
27. Transverberatio Cordis S. Theresiæ, V. 295
S. Euthalia, V.M. 295.
28. S. Augustinus, EP. D. 295.
S. Hermetes, M. 296.
29. Decollatio S. Joannis Baptistæ. 297.
S. Sabina, M. 298.
30. S. Rosa, V. Limana. 298.
SS. Felix, & Adauctus, MM. 299.
31. S. Raymundus Nonnatus, C. 299.

SEPTEMBER.

1. S. Ægidius, Abbas. 301
2. S. Stephanus, Rex Hungariæ, C. 301.
S. Antoninus, M. 302.
3. S. Serapia, V.M. 302.
4. S. Rosalia V. Panormitana. 303.
5. S. Laurentius Justinianus, EP.C.F. 304
6. S. Letus, EP.M. 305.
7. S. Regina, V.M. 305.
8. Nativitas B.M.V. 306.
S. Adrianus, M. 307.
9. Dominica Infraoct. Nativitatis B.M.V.
Festum SS. Nominis B. Mariæ V. 307.
S. Gorgonius, M. 309.
10. S. Nicolaus Tolentinus, C. 309.
11. SS. Hyacinthus, & Prothus. MM. 310.
12. S. Autonomus, EP. M. 311.
13. S. Philippus, M. 311.
14. Exaltatio S. Crucis. 311.
S. Cyprianus, EP. M. 313.
15. S. Nicomedes, M. 313.
16. SS. Cornelius, & Cyprianus, MM. 313.
SS. Euphemia, Lucia, & Geminianus, MM. 314.

17. Impresſio Stimagtum S. Franciſci. 314.
S.Petrus Arbues, M. 315.
S.Flocellus, M. 316.
18. S. Thomas Villanova, EP.C. 316.
19. S. Januarius, EP. & Socij, MM. 317.
20. SS.Euſtachius,& Socij, MM. 319.
21. S. Matthæus, A. EV. 320.
Feſtum Dolorum B. M.V.ſecundo.321.
22.S.Mauritius,& Socij, MM. 323.
23. S.Linus, PAP. M. 323.
S.Tecla, V.M. 324.
S. Xantippa. 325.
24. Feſtum B. Mariæ V. de Mercede. 325.
S.Paphnucius, M.326
25. S. Maria de Cervillione, V. 327.
S.Lupus, EP.C. 327.
26.SS.Cyprianus,& Juſtina,MM. 327.
27. SS. Coſmas, & Damianus,MM. 327.
28. S.Uvenceslaus, Dux Bohemiæ,M. 329.
29.Dedicatio S.Michaëlis Archangeli.330.
30.S. Hieronymus,Preſbyter, C.D. 331.

OCTOBER.

1. S.Remigius, EP. C. 333.
2. Feſtum Angelorum Cuſtodum. 333.
3. SS. Duo, Evaldori, Presbyteri, MM. 334.
4.S.Franciſcus,C.F. 335
5. S. Froylanus, EP. C. 336.
SS.Placidus, & Socij, MM. 336.
6.S.Bruno.C.F. 336.
7.Dominica. I. Octobris Feſtum SS. Roſarij B.M.V. 337.

S.

S.Marcus,PAP.C. 339
8. S.Birgitta Vid. 339.
9. S. Dionyſius Arcopagyta, EP.M. 340.
10. S.Franciſcus Borgia, C. 341.
S.Ludovicus Beltrandus, C. 342.
11. S. Canicus, Abbas. 343.
12. S. Maria de Columna. 344.
SS.Quatuor Mille, & nongenti MM. in Africa. 344.
13. S. Eduardus, Rex Angliæ. 344.
14. S. Callixtus, PAP. M. 345.
15. S. Thereſia à Jeſu, V.F. 346.
16. S.Maxima. 347.
17. S. Heduvigis, Vid. 347.
18. S.Lucas, EV. 349.
19. S. Petrus de Alcantara, C. 350.
20. S.Irene, V.M. 351.
21. S. Hilarion, Abbas. 351.
S. Urſula, & Sociæ, VV. MM. 352.
22. S.Cordula, V.M. 353
23. S. Petrus Paſchaſius, EP.M. 354.
24. S. Raphaël Archangelus. 355.
25. SS. Gavinus, Protus, & Januarius, MM. 356.
S.Chriſanthus, & Daria, MM. 356.
26. S. Evariſtus, PAP. M. 357.
SS.Servandus, & Germanus, Fratres, MM. 357.
27. S.Fructus, C. 357.
28. SS.Simon, & Judas, AA. 358.
29. S. Narciſus, EP. M. 359.
30. S. Germanus, EP. C. 360.
31. S. Vvlfgangus, EP. C. 360.

NO-

NOVEMBER.

1. Festum Omnium Sanctorum. 361.
S. Maria Serva, M. 363.
2. Commemoratio Omnium Fidelium Defunctorum. 363.
S. Eustochia, V. M. 366.
3. Innumerabiles MM. Cæsaraugustæ. 366.
4. S. Carolus Borrhomæus, EP. C. 367.
SS. Agricola, & Vitalis, MM. 368.
5. S. Zacharias Propheta, Pater S. Joannis Baptistæ. 368.
6. S. Leonardus, C. 368.
7. S. Herculanus, EP. M. 369.
8. SS. Quatuor Coronati, MM. 369.
9. Dedicatio Ecclesiæ Salvatoris. 369.
S. Theodorus, Miles, M. 370.
10. Dominica II. Novembris Patrocinium B. M. V. 370.
SS. Triphon, Respicius, & Nympha, MM. 371.
S. Andreæs Avellinus, C. 372.
11. S. Martinus, EP. C. 372.
S. Mennas, Miles, M. 373.
12. S. Martinus, PAP. M. 374.
13. S. Stanislaus Kostka, C. 375.
S. Didacus, C. 376.
14. S. Hyppatius, EP. M. 377.
15. S. Eugenius, EP. M. Patronus Toleti. 377.
S. Gertrudes. 378.
16. S. Eucherius, EP. C. 379.
17. S. Gregorius Thaumaturgus. 379.
SS.

SS. Aciſclus, & Victoria, Fratres, MM. 380.
18. Dedicatio Baſilicarum SS. Petri, & Pauli, AA. 381.
S. Heſichius, Miles, M. 382.
19. S. Eliſabet, Vid. Regis Ungariæ Filia. 382.
S. Pontianus, PAP. M. 383.
20. S. Felix de Valois, C. F. 384.
21. Præſentatio B. M. V. 385.
S. Columbinus, Abbas. 385.
22. S. Cecilia, V. M. 385.
23. S. Clemens, PAP. M. 386.
S. Felicitas, M. 388.
24. S. Joannes à Cruce, C. 388.
25. S. Catharina, V. M. 389.
26. Deſponſatio B. M. V. 390.
S. Petrus Alexandrinus, EP. M. 392.
27. S. Didacus Interciſus, M. 393.
28. S. Gregorius III. PAP. C. 393.
29. S. Saturninus, M. 394.
30. S. Andræas, A. 394.

DECEMBER.

1. Natalia, Uxor, S. Adriani, Ms. 395.
2. Dominica I. Adventus, T. 7.
S. Bibiana, V. M. 396.
S. Petrus Chryſologus, EP. C. 397.
3. S. Franciſcus Xaverius, Ind. A. C. 398.
4. S. Barbara, V. M. 399.
5. S. Sabbas, Abbas. 400.
6. S. Nicolaus de Bari, EP. C. 400.
7. S. Ambroſius, EP. D.

C. 401.
8. Intemerata Conceptio B.M.V. 403.
S. Eutichianus, PAP. M. 404.
9. Dominica II. Adventus, T. 7.
S. Leocadia, V. M. 404.
S. Melchiades, PAP. M. 405.
10. Translatio S. Domus Lauretanæ. 407.
S. Eulalia Emeritensis V.M. 407.
11. S. Damasus, PAP. C. 409.
12. S. Epimacus, M. 410.
13. S. Lucia, V.M. 410.
14. S. Spiridion, EP. C. 411.
15. S. Valerianus, EP. M. 412.
Dominica III. Adus. T. 7.
, EP. M. 412.
17. S. Lazarus, EP. 413.
18. Expectatio B. M. V. 414.
S. Auxentius, EP. C. 416.
19. S. Nemesius. M. 416.
20. S. Dominicus Sylensis, C. 417.
21. S Thomas, A. 417.
22. S. Zenon, Miles, M. 418.
23. Dominica IV. Adventus, T. 9.
S. Victoria, V.M. 419.
S. Servulus, C. 419.
24. Vigilia Nativitatis Domini. 420.
S. Turtilla, V. 420.
25. Nativitas D.N. Jesu-Christi. 420.
S. Anastasia, M. 422.
26. S. Stephanus Protomartyr. 423.
27. S. Joannes, A. EV. 425.
28. SS. Innocentes, MM. 426.
29. S. Thomas Cantuarien-

rienſis, EP. M. 427.
30. Translatio S. Jacobi, A. 428.
S. Aniſia, M. 429.
31. S. Sylveſter, PAP. 429.

Vigiliæ, Octavæ, Tempora, Hebdomada Paſsionis, Antiphonæ O. ſuis in locis reperientur.

INDEX

ACCURATISSIMUS ALPHABETI-cus Festivitatum, & Sanctorum, qui in hoc opere continentur. A. *Apostolum designat.* EV. *Evangelistam.* M. *Martyrem.* PAP. *Papam.* D. *Doctorem.* EP. *Episcopum.* C. *Confessorem.* V. *Virginem.* VID. *Viduam.* F. *Fundatorem Geminatæ litteræ.* VV. MM. *Plures Virgines, & Martyres.*

A

SS. Abdon, & Sennen, MM. 30. Julij.
SS. Aciscius, & Victoria, Fratres MM. 17. Novemb.
S. Adauctus, M. 30. Aug.
S. Adrianus, M. 8. Sept.
S. Agidius, Abbas. 1. Sept.
S. Afra, M. 5. Augusti.
S. Agape, V.M. 3. Apr.
S. Agapitus. M. 18. Aug.
S. Agatha, V.M. 5. Febr.
S. Agatangelus, M. 23. Januarij.
S. Agnes. V.M. 21. Jan.
S. Agnes, Montepulciana, V. 20. April.
S. Agricola, M. 4. Nov.
S. Alexander, Pont. Alexandrinus, C. 26. Feb.
S. Alexander Romanus,

P.

P.M. 3. Maij.
S. Alexius, C. 17. Julij.
S. Ambrosius, Pont. D. 7. Decemb.
S. Anacetus, P.M.M. 17. Aprilis.
S. Anacletus, Pont. M.M. 13. Julij.
S. Anastasius, M. 22. Jan.
S. Anastasia, Discipula Apostolorum, 15. Apr.
S. Anastasia, 25. Dec.
S. Andræas, A. 30. Nov.
S. Andræas Corsinus, Pont. C. 4. Febr.
S. Andræas Avellinus, C. 10. Nov.
SS. Angeli Custodes, 2. Octob.
S. Anisia. M. 30. Dec.
S. Antimus, Presbyter, M. 11. Maij.
S. Anna, Mater B.M.V. 26. Julij.
Annuntiatio B. M. V. 25. Martij.
S. Anselmus, Pont. 21. Aprilis.
S. Antonius, Pont. 10. Maij.
S. Antonius, M. 2. Sept.
S. Antonius, Abbas, 17. Januar.
S. Antonius Paduanus, C. 13. Junij.
S. Appolonia, V. M. 9. Febr.
S. Apollinaris, Pont. M. 23. Julij.
Apparitio S. Michaëlis Arch. 8. Maij.
S. Apronianus, M. 2. Febr.
Ascensio D. N. J. C.
Assumptio B. V. M. 15. August.
S. Athanasius, Pont. 2. Maij.
S. Augustinus, Pont. D. 28. August.
S. Augurius, M. 9. Febr.
S. Aurea, M. 19. Julij.
S. Antonomus, Pont. M. 12. Sept.
S. Auxentius, Pont. 18. Decemb.

B

S. Barbara, V. M. 4. Dec.
S. Barnabas, A. 11. Jun.
S. Bartholomæus, A. 24. Aug.
S. Basilides, M. 30. Jun.
S. Basa, & 3. Filij. MM. 21. August.
S. Basilides, & Socij, MM. 12. Junij.
S. Basiliſſa, M. 9. Januar.
S. Basilius Magnus, Pont. D. 14. Junij.
S. Blasius, Pont. M. 3. Febr.
S. Benedictus, Abbas, 21. Martij.
S. Benedictus, M. 23. Martij.
S. Benjaminus, Diacónus, M. 31. Mart.
S. Bernardinus de Sena, C. 20. Maij.
S. Bernardus, M. 23. Jul.
S. Bernardus, Abbas. 20. August.
S. Bibiana, V. M. 2. Dec.
S. Birgita, Vidua. 8. October.
S. Bonaventura, Pont. Cardinalis, D. 14. Julij.
S. Bonifacius, M. 14. Maij.
S. Braulius, Pont. 18. Martij.
S. Bruno, C. F. 6. Octob.

C

S. Cajus, Pont. M. 22. Aprilis.
S. Callixtus, Pont. Max. M. 14. Oct.
S. Camillus de Lellis, C. F. 15. Jul.
S. Canicus, C. 11. Oct.
S. Canutus, Rex, M. 19. Januar.
S. Carolus Borrhomæus, Pont. Cardinalis, 4. Nov.
S. Casilda, V. 9. April.
S. Casimirus, Rex, C. 4. Martij.

S.

S. Casiannus, M. 13. Augusti.
S. Catharina Bononiensis, V. 9. Martij.
S. Catharina Riccis, V. 13. Februarij.
S. Catharina Senensis, V. 30. Aprilis.
S. Catharina, V. M. 25. Novemb.
Cathedra S. Petri Romę, 18. Januarij.
Cathedra ejusdem, Antiochiæ, 22. Febr.
S. Cayetanus Thiennæus, C. F. 7. Aug.
S. Cecilia, V. M. 22. Novemb.
S. Cæcilius, Pont. M. 1. Febr.
S. Celedonius, M. 3. Martij.
S. Celestinus, Pont. Max. 6. April.
S. Cæsarius, C. 25. Febr.
S. Chrysanthus, M. 25. Octob.
S. Christina, V. M. 24. Julij.
S. Christophorus, M. 25. Julij.
S. Clara, V. 12. Aug.
S. Columbinus, Abbas, **21. Nov.**
Commemoratio S. Pauli, A. 30. Juni.
Conversio S. Augustini, 5. Maij.
Conversio S. Ignatij Loyolæ, 20. Maij.
Conversio S. Pauli, 25. Jannar.
S. Cordula, V. M. 22. Octob.
SS. Cornelij, & Cypriani, MM. 16. Sept.
SS. Quatuor Coronatorum, MM. 8. Nov.
S. Cosmas, & Damianus, MM. 27. Sept.
S. Clemens, Pont. Max. M. 23. Novemb.
S. Clemens, Pont. Anciranus, M. 23. Jan.
S. Cletus, Papa, M. 26. April.
S. Crotilda, Reg. 3. Jun.

S. Cyprianus, M. 14. Sept.
S. Cyprianus, M. 26. Sept.
S. Cyriacus, M. 8. Aug.
S. Cyrillus, M. Diaconus, 29. Martij.
S. Cyrillus, Pont. M. 9. Julij.
S. Cyrilla, M. 5. Julij.
S. Cyrus, M. Medic. Anacor. 31. Januar.

D

S. Damasus, Pap. 11. Dec.
S. Damianus, M. 27. Sept.
S. Daria, M. 25. Oct.
Decollatio S. Joann. Bapt. 29. Aug.
Dedicatio S. Michaëlis Arch. 29. Sept.
Dedicatio Ecclesiæ Salvatoris, 9. Nov.
Dedicatio Basilicæ AA. S. Petri, & Pauli, 18. Nov.
S. Desiderius, Pont. M. 18. Maij.
S. Didacus, M. 5. Febr.
S. Didacus, C. 13. Nov.
S. Didacus Interciſus, M. 27. Nov.
S. Dimas, 25. Martij.
S. Dionyſius, Pont. 8. Aprilis.
S. Dionyſius Areopagita, Pont. M. 9. Oct.
Feſtum Dolorum B. M. V. 21. Sept.
S. Dominica, V. M. 6. Julij.
S. Dominicus, C. 4. Aug.
S. Dominicus Calzeatenſis, C. 12. Maij.
S. Dominicus Sylenſis, Abbas, 20. Decemb.
S. Dorothea, V. M. 6. Febr.
S. Dulas, M. 15. Junij.

E

S. Eduardus, Rex, C. 13. Oct.
B. Egeſypus, C. 7. Apr.
S. Eleutherius, Pap. M. 26. Maij.

S. Eli-

S. Elisabeth, Regina Portugal. 8. Jul.
S. Elisabeth, Regina Hungar. 19. Nov.
S. Emmanuel, M. 17. Jun.
S. Emeterius, M. 3. Martij.
S. Epimacus, M. 10. Maij.
S. Epimacus, M. 12. Decemb.
S. Espeus, Abbas, 28. Martij.
S. Espiridion, Pont. 14. Decemb.
S. Evagrius, Pont. 6. Martij.
SS. Duo Evaldorij, Presbyteri, MM. 3. Oct.
S. Eucherius, Pont. C. 16. Nov.
S. Eugenius, Pont. M. 15. Nov.
S. Eulalia Barcinon. V. M. 12. Febr.
S. Eulalia Emeritensis, V. M. 10. Dec.
S. Eulogius, Diaconus, M. 9. Febr.
S. Eulogius, Presbyter, M. 11. Martij.
S. Euphemia, V. M. 16. Sept.
S. Eusebius, Pont. M. 16. Decemb.
S. Eusebius, Presbyter, M. 14. Aug.
S. Eustachius, & Socij, MM. 20. Sept.
S. Eustachia, M. 2. Nov.
S. Eutichianus, Pap. M. 8. Dec.
S. Evaristus, Papa, M. 26. Octoy.
S. Euthalia, V. M. 27. Aug.
Exaltatio S. Crucis, 14. Sept.

F

S. Fabianus, Papa, M. 20. Jan.
S. Fastinus, M. 15. Febr.
S. Faustinus, M. 16. Julij.
S. Felicianus, M. 9. Jun.
S. Felicitas, & Filij, MM. 25. Nov.

S. Fe-

S. Felix de Valois, C. F. 20. Nov
S. Felix, Presbyter, M. 14. Januar.
S. Felix, Papa, M. 30. Maij.
S. Felix, & Socij, MM. 29. Julij.
S. Felix, & Adauctus, MM. 30. Aug.
S. Ferdinandus, Rex. C. 30. Maij.
S. Firminus, Pont. M. 7. Julij.
S. Florentina, V. 14. Martij.
S. Flocellus, Puer, M. 17. Sept.
S. Franciscus Sales, Pont. F. 29. Januar.
S. Franciscus Paula, C. F. 2. Aprilis.
S. Franciscus Assisius, C. F. 4. Octob.
S. Franciscus Borgia, C. 10. Oct.
S. Franciscus Xaverius, Ap. Ind. 3. Dec.
S. Francisca Vidua, 9. Martij.
S. Fructuosus, Pont. M. 9. Febr.
S. Fructus, C. 27. Oct.
S. Fulgentius, Pont. C. 16. Januar.

G

S. Gabriel Archangelus, 18. Mar.
S. Galdinus, Pont. C. 18. April.
S. Gavinus, Presbyter, M. 19. Febr.
S. Gavinus, M. 25. Oct.
S. Geminianus, M. 16. Sept.
S. Genovefa, V. 3. Januarij.
S. Georgius, M. 23. Apr.
S. Germanus, Pont. C. 28. Maij.
S. Germanus, M. 26. Oct.
S. Germanus. Pont. C. 30. Oct.
S. Gertrudis, V. Abbatiſ.

tissa, 15. Nov.
S. Gervasius, M. 19. Junij
S. Gordianus, M. 10. Maij.
S. Gorgonius, M. 9. Sept.
S. Gratia, V. M. 16. Aprilis.
S. Gratia, M. 23. Julij.
S. Gregorius Mag. Papa, D. 12. Mar.
S. Gregorius III. Papa, C. 28. Nov.
S. Gregorius Nazianzenus, Pont. 9. Maij.
S. Gregorius VII. Papa, 25. Maij.
S. Gregorius Thaumaturgus, Pont. 17. Novemb.
S. Gumesindus, Presbyter, C. 13. Januar.
S. Gundisalvus, C. 10. Januarij.

H

S. Heduvigis, Vidua, 17. Oct.
S. Heliodorus, Pont. C. 3. Julij.
S. Henricus, Imperator, C. 15. Jul.
S. Herculanus, Pont. M. 7. Nov.
S. Hermenegildus, M. 13. April.
S. Hermetes, M. 28. Augusti.
S. Hesichius, Miles, M. 18. Nov.
S. Hieronymus, C. D. Max. 30. Sept.
S. Higinus, Papa, M. 11. Januar.
S. Hilarion, Abbas, 21. Octob.
S. Hilarius, Pont. C. 14. Januar.
S. Hospitius, 21. Maij.
S. Hyacinthus, C. 16. Augusti.
S. Hyacinthus, & Socij, MM. 11. Sept.
S. Hypatius, Pont. M. 14. Nov.
S. Hyppolitus, M. 13. Augusti.

I

S. Ignatius, Pont. M. 1. Febr.
S. Ignatius de Loyola, C. F. 31. Jul.
S. Ildephonsus, Pont. 23. Januar.
Impressio Stigm. S. Francisci, 17. Sept.
S. Indaletius, Pont. M. 15. April.
SS. Innocentes, MM. 28. Decemb.
SS. Innumerabiles, MM. Cæsar. 3. Nov.
Inventio S. Crucis, 3. Maij.
S. Irene, V. M. 20. Oct.
S. Isidorus, Pont. 4. Aprilis.
S. Isidorus, Agricola, C. 15. Maij.

J

S. Jacobus, Anachoreta, 28. Januar.
S. Jacobus, M. 5. Febr.
S. Jacobus, A. 1. Maij.
S. Jacobus, A. 25. Jul.
S. Januarius, Pont. M. 19. Sept.
S. Januarius, M. 25. Octob.
Jesus Christus D. N. & ejus Incarnatio, 25. Martij.
Nativitas, 25. Dec.
Circumcisio, 1. Jann.
SS. Nomen Dña. 2. post Epiphan.
Epiphania, 6. Jan.
Transfiguratio, 6. Aug.
Institutio SS. Eucharistiæ.
Festum Corporis Christi.
Passio D. N. J. C....
Resurrectio....
Ascensio....
S. Joachim, P. B. M. V. 17. Septemb.
S. Joanues Eleemosinarius, Pont. 23. Jan.
S. Joannes Chrysostomus, Pont. 27. Jan.

S. Joan-

S. Joannes de Goto, M. 5. Febr.
S. Joannes de Matha, C. F. 8. Febr.
S. Joannes de Deo, C.F. 8. Martij.
S. Joannes Climacus, Abbas, 30. Martij.
S. Joannes Damaſcenus, 6. Maij.
S. Joannes Nepomucenus, Presbyter, M. 16. Maij.
S. Joannes Franciſcus Regis, C. 24. Maij.
S. Joannes, Papa, M. 27. Maij.
S. Joannes, Presbyter, M. 23. Junij.
S. Joannes Baptiſta, 24. Junij.
S. Joannes, M. 26. Jun.
S. Joannes Gualbertus, Abbas, 12. Julij.
S. Joonnes à S. Facundo, C. 12. Julij.
S. Joannes Ante Portam-Latinam, 6. Maij.
S. Joannes à Cruce, C. 24. Nov.
S. Joannes, A. E. 27. Decemb.
S. Joſephus, Sponſus B. M. V. 19. Martij.
S. Joſephi Patrocinium.
S. Jovita, M. 15. Febr.
S. Judas, A. 28. Oct.
S. Julianus, Pont. 28. Januar.
S. Julianus, M. 9. Jan.
S. Julianus, Cappadociæ, M. 17. Febr.
S. Julianus, M. 27. Febr.
S. Juliana, V. M. 16. Febr.
S. Juliana de Falconeris, V. 19. Junij.
S. Juſtina, V. M. 26. Sept.
S. Juſtus, M. 9. Aug.

L

S. Largus, M. 8. Aug.
S. Laurentius, Levita,

ta, M. 10. Auguſt.
S. Laurentius Juſtinianus, Pont.C. 5. Sept.
S. Lauretanæ Domus Translatio, 10. Dec.
S. Lazarus, Pont. 17. Decemb.
S. Leander, Pont.C. 13. Martij.
S. Leo Magnus, Papa, 11. Aprilis.
S. Leo Secundus, Papa, 28. Junij.
S. Leocadia, V. M. 9. Decemb.
S. Leonardus, C. 6. Novemb.
S. Letus, Pont. M. 6. Sept.
S. Liberata, V. M. 20. Jul.
S. Liberatus, Abbas, M. 17. Aug.
S. Liborius, Pont. C. 23. Julij.
S. Linus, Papa, M. 23. Sept.
S. Longinus, M. 15. Martij.
S. Lucas Ev. 18. Oct.
S. Lucia, V. M. 13. Decemb.
S. Lucia, M. 16. Sept.
S. Lucius, Pont. C. 2. Martij.
S. Lud. Garda, V. 16. Jun
S. Ludovicus Gonzaga, C. 21. Junij.
S. Ludovicus, Pont. 19. Aug.
S. Ludovicus, Rex, C. 25. Aug.
S. Ludovicus Beltrandus, C. 10. Oct.
S. Lupus, Pont. C. 25. Sept.
S. Lycarion, M. 7. Junij.

M

S. Macarius, C. 1. Aprilis.
S. Macarius, Abbas, 2. Januar.
SS. Machabæi, 1. Aug.
S. Macra, V. M. 6. Januar.

S. Mac-

S. Mactildis, 14. Martij.
S. Marcellinus, Papa, M. 26. April.
S. Marcellus, Papa, M. 16. Januar.
S. Marcellus, M. 2. Junij.
S. Marcus, & Marcellianus, MM. 18. Jun.
S. Marcus, Papa C. 7. Octob.
S. Marcus, E. 25. Aprilis.
S. Margarita, Regina. 10. Junij.
S. Margarita de Cortona, 23. Febr.
Maria Mater Dei & ejus. Conceptio, 8. Dec.
Nativitas, 8. Sept.
SS. Nomen, Dña. infra Oct.
Præsentatio, 21. Nov.
Despousatio, 26. Nov.
Annuntiatio, 25. Mart.
Visitatio, 2. Julij.
Expectatio, 18. Dec.
Partus, 25. Decemb.
Purificatio, 2. Febr.
Dolores Martij.
Festum Septem Dolorus Dom. 3. Sept.
Assumptio, 15. Aug.
Patrocinium, Dom. 4. Novemb.
Descensio. 24. Jann.
Ipsa sub titulis de Pace, 24. Jann.
Monte Carmelo, 17. Julij.
Angelis, 2. Aug.
Ad Nives, 5. Aug.
Mercede, 24. Sept.
SS. Rosarij, Dña. 1. Oct.
Columna, 12. Oct.
Translatio Domus ejus Lauretanæ, 10. Dec.
S. Maria Ægyptiaca, 2. Aprilis.
S. Maria Cleophas, 9. Aprilis.
S. Maria Magdalena de Pazzis, V. 25. Maj.

S. Maria Magdalena, 22. Julij.
S. Maria, Martyr, 23. Julij.
S. Maria, Serva, M. 1. Nov.
S. Marina, V. M. 18. Julij.
S. Marinus, M. 8. Augusti.
S. Martha, V. 29. Julij.
S. Martina, V. M. 30. Januar.
S. Martinus, Aguirre, M. 5. Febr.
S. Martinianus, Anachorita, 13. Febr.
S. Martinianus, M. 2. Julij.
S. Martinus, Pont. C. 11. Nov.
S. Martinus, Papa, M. 12. Nov.
S. Mathias, A. 24. Febr.
S. Matthæus, A. E. 21. Sept.
S. Mauritius, & Socij, MM. 22. Sept.
S. Maurus, Abbas, 15. Januarij.
S. Maxima, 16. Oct.
S. Maximinus, Pont. C. 29. Maij.
S. Maximus, Pont. 25. Junij.
S. Medardus, Pont. M. 8. Junij.
S. Melchiades, Papa, M. 9. Dec.
S. Mennas, M. 11. Nov.
S. Monica, Mater D. Aug. 4. Maij.
S. Montanus, M. 26. Martij.

N

S. Namphanion, M. 4. Julij.
S. Natalia, Uxor S. Adriani, M. 1. Dec.
Nativitas S. Joann. Baptistæ, 24. Junij.
Nativitas B. M. V. 8. Sept.
Nativitas D. N. J. C. 25. Decemb.

S. Nar-

S. Narciſus, Pont. M. 29. Oct.
S. Nazarius, M. 28. Julij.
S. Nerius, M. 12. Maij.
S. Nicetas, Pont. 7. Januar.
S. Nicolaus Tolentinus, C. 10. Sept.
S. Nicolaus Bari, Pont. 6. Dec.
S. Nicomedes, M. 15. Sept.
S. Nemeſius, M. 19. Decemb.
SS. Nomen JESV, 19. Januar.
SS. Nomen MARIÆ, Dña. Infraoct. 10. Sept.
S. Norbertus, Pont. F. 6. Junij.
S. Nympha, V. M. 10. Nov.

O

Octava S. Stephani, 2. Januar.
Octava S. Joann. A. E. 3. Jan.
Octava SS. Innocentium, MM. 4. Jan.
Octava Epiphaniæ D. 13. Januar.
Octava Aſcenſionis D.
Octava Corporis Chriſti. fol. 59.
Octava S. Joann. Franciſci Regis, 23. Jun.
Octava S. Aloyſij Gonzaga, 28. Jun.
Octava S. Joann. Bapt. 1. Julij.
Octava SS. Petri, & Pauli, AA. 6. Jul.
Octava S. Ignatij de Loyola, 7. Aug.
Octava S. Laurentij, 17. Aug.
Octava Aſſumptionis B. M. V. 22. Aug.
Octava Nativitatis ejuſ-

dem, 15. Septemb.
Octava S. Francisci Borgia, 17. Oct.
Octava S. Sthanislai, C. 20. Nov.
Oct. Ss. Omnium, 8. Nov.
Octava S. Francisci Xaverij, 10. Decemb.
Octava Conceptionis B. M. V. 15. Dec.
S. Odilo, Abbas, Cluniacensis, 1. Januar.
S. Onesimus, Pont. M. 16. Febr.
S. Onuphrius, Anachoreta, 12. Junij.

P

S. Palemon, Abbas, 11. Januar.
S. Pantaleon, M. 27. Julij.
S. Papas, M. 16. Mart.
S. Paschasius Baylon, C. 17. Maij.
S. Paschasius, Pont. M. 23. Oct.
S. Paphnucius, M. 24. Sept.
S. Pastor, M. 9. Aug.
S. Patritius, Pont. C. 17. Martij.
Patrocinium S. Josephi, 27. April.
S. Paula, Vidua, 26. Januar.
S. Paula, V. M. 18. Junij.
S. Paulinus, Pont. C. 22. Junij.
S. Paulus, Anachoreta, 15. Januar.
S. Paulus Miki, M. 5. Febr.
S. Paulus, Pont. C. 22. Martij.
S. Paulus, M. 26. Junij.
S. Paulus, A. D. Gentium, 29. Junij.
S. Pelagius, M. 26. Jun.
Festum Pentecostes, f. 54.
S. Petronilla, V. 31. Maij.
S. Petrus Arbues, M. 17.

17. Septembris.
S. Petrus Nolascus, C. F. 31. Januar.
S. Petrus Mavimenus, M. 21. Febr.
S. Petrus, M. 29. Apr.
S. Petrus Regalatus, C. 13. Maij.
S. Petrus Cœlestinus, Pap. C. F. 19. Maij.
S. Petrus, A. 29. Junij.
S. Petrus Oxomensis, Pont. C. 2. Aug.
S. Petrus Alcantara, C. 19. Oct.
S. Petrus Alexandrinus, Pont. M. 26. Nov.
S. Philippus, A. 1. Maij.
S. Philippus Nerius, C. F. 26. Maij.
S. Philippus Benitius, C. F. 23. Aug.
S. Philippus, M. 13. Sept.
S. Phocas, M. 5. Mart.
S. Pius V. Pap. C. 5. Maij.
S. Pius, Pap. M. 11. Julij.
S. Placidus, & Socij, MM. 5. Oct.
S. Polycarpus, Pont. M. 26. Januar.
S. Pompejus, M. 10. April.
S. Pontianus, Papa, C. 19. Nov.
S. Praxedes, V. 21. Jul.
SS. Presbyteri, Alexandrini, MM. 28. Feb.
S. Primus, M. 9. Junij.
S. Prisca, V. M. 18. Januar.
S. Processus, M. 2. Jul.
S. Prosperus, Pont. 25. Junij.
S. Prothasius, M. 19. Junij.
S. Prothus, M. 25. Oct.

Q

SS. Quadraginta, MM. 10. Mart.
S. Quiricus, M. 16. Junij.

S. Quirinus, M. 4. Junij.
SS. Quatuor mille, uongenti, MM. in Africa, 12. Oct.

R

S. Raymundus, C. 23. Januar.
S. Raymundus, Abbas Fiteri, 14. Martij.
S. Raymundus Nonnatus, C. 31. Aug.
S. Raphaël, Archangelus, 24. Oct.
S. Regina, V. M. 7. Sept.
S. Remigius, Pont. C. 1. Oct.
S. Rita de Cassia, 22. Maij.
S. Rochus, C. 16. Aug.
S. Romanus, Abbas, 28. Febr.
S. Romualdus, Abbas, F. 7. Febr.
S. Rosa Limana, V. 30. Aug.
S. Rosalia, V. 4. Sept.
S. Rudesindus, Pont. 1. Martij.
S. Rufina, V. M. 10. Julij.
S. Rupertus, Pont. C. 27. Martij.

S

S. Sabbas, Dux, M. 24. Aprilis.
S. Sabbas, Abbas, 5. Decemb.
S. Sabina, M. 29. Aug.
S. Sadoth, M. 20. Febr.
S. Samson, Presbyter, C. 27. Junij.
S. Sancius, M. 5. Junij.
S. Satyrus, M. 12. Jan.
S. Saturninus, M. 11. Febr.
S. Saturninus, M. 29. Nov.
S. Scholastica, V. 10. Febr.
S. Sebastianus, & Fabianus, MM. 20. Jan.
S. Secunda, V. M. 10. Julij.
S. Secundus, M. 1. Jun.

S. Se-

S. Secundus, Pont. M. 13. Maij.
S. Sennen, M. 30. Jul.
SS. Septem Fratres, MM. 10. Jul.
S. Serapia, V. M. 3. Sept.
S. Servandus, M. 26. Octob.
S. Servulus, C. 23. Dec.
S. Severianus, Abbas, 8. Januar.
S. Silverius, Papa, M. 20. Jun.
S. Sylvester, Papa, C. 31. Dec.
S. Simeon Stillita, C. 5. Januar.
S. Simeon, Puer, M. 24. Martij.
S. Simon, A. 28. Oct.
S. Smaragdus, M. 8. Aug.
S. Sthanislaus, Pont. M. 7. Maij.
S. Sthanislaus Kostka, C. 13. Nov.
S. Stephanus, Rex, C. 2. Sept.
S. Stephanus, Protomartyr, 26. Dec.
S. Symphorosa, M. 18. Jul.

T

S. Tharsicius, M. 15. Aug.
S. Tarsilla, V. 24. Dec.
S. Tecla, V. M. 23. Sept.
S. Theodorus, M. 9. Nov.
S. Theresia à JESV, V. 15. Oct.
S. Thomas Aquinas, C. D. 7. Mar.
S. Thomas à Villanova, Pont. C. 18. Sept.
S. Thomas, A. 21. Dec.
S. Thomas Cantuariensis, Pont. M. 29. Dec.
S. Tiburtius, M. 14. Apr.
S. Thuribius, Pont. Asturicensis, C. 16. Apr.
S. Tiburtius, M. 11. Aug.
S. Timon, Diaconus, M. 19. April.

S. Timotheus, Pont. M. 24. Januar.
S. Timotheus, M. 22. Aug.
S. Thuribius, Pont. Limanus, C. 27. Apr.
S. Torquatus, Pont. M. 15. Maij.
Transverberatio Cordis S. Thereſiæ, 27. Aug.
Translatio S. Jacobi, A. 30. Dec.
Feſtum SS. Trinitatis, 36.
Triumphus S. Crucis, 16. Julij.
S. Tryphon, & Socij, MM. 10. Novemb.

U

S. Winceslaus, Dux, C. 28. Sept.
S. Wolfgangus, Pont. C. 31. Oct.
S. Ubaldus, Pont. C. 16. Maij.
S. Urbanus, Papa, M. 25. Maij.
SS. Urſula, & Sociæ, VV. MM. 21. Oct.

V

S. Valentinus, Presbyt. M. 14. Febr.
S. Valerianus, Pont. M. 15. Dec.
S. Valerius, Pont. C. 11. Febr.
S. Victor, M. 8. Maij.
S. Venantius, M. 18. Maij.
S. Victor, Cathecumenus, M. 17. April.
S. Victoria, M. 17. Nov.
S. Victoria, V. M. 23. Decemb.
Vigilia Epiph. 5. Jan.
Vigilia S. Mathiæ, 23. Febr.
Vigilia Pentecoſtes.
Vigilia S. Joann. Bapt. 23. Jun.
Vigilia SS. Apoſt. Petri, & Pauli, 28. Jun.
Vigilia S. Jacobi, 24. Julij.

Vi-

Vigilia S. Laurentij, 9. Auguſt.
Vigilia Aſſumptionis B. M.V. 14. Aug.
Vigilia S. Bartholomæi, 23. Aug.
Vigilia S. Matthæi, 20. Sept.
Vigilia SS. Simonis, & Judæ. 27. Oct.
Vigilia SS. Omnium, 31. Oct.
Vigilia S. Andreæ, 29. Nov.
Vigilia S. Thomæ, 20. Dec.
Vigilia Nativitatis D. N. 24. Dec.
S. Vincentius, Levita, M. 22. Jan.
S. Vincentius, Ferrer, C. 5. Aprilis.
S. Vincentius à Paulo, C. 19. Julij.
Vincula S. Petri, A. 1. Aug.
S. Vitalis, M. 28. Apr.
S. Vitalis, M. 4. Nov.
S. Viti, M. 15. Junij.
S. Vulfranus, Pont. 20. Martij.

X

S. Xiſtus, Pap. M. 6. Aug.
S. Xantippa, 23. Sept.

Z

S. Zacharias, Pater S. Joann. Bapt. 5. Nov.
S. Zenon, Miles, M. 22. Dec.
S. Zephirinus, Pap. M. 26. Auguſti.

INDEX
ALPHABETICUS
Hymnorum.

Prior numerus Marginalis notat ſpecies Hymnorum, quorum ſtructuram dabit per eoſdem numeros Clavis poſt hunc Indicem appoſita. Poſterior numerus Paginam, in qua continentur.

A

4. ABbas, & Abbatum Pater. S. Benedictus Abbas. 150.
2. Abdita Virgo Latitans in Antro. S. Roſalia, V. 303.
1. Abſcedant lachrymæ, gaudia perſonent. Reſurrect. D. N. 46.
11. Ablutis pedibus, Chriſtus ut allevet. Inſtitutio SS. Euchariſtiæ. 40.
3. Abſtulit Crucem tyrannus. Exaltatio S. Crucis. 311.
16. Ab urbe longè Eulalia. S. Eulalia Emeritenſis. V. M. 407.
4. Ætate Petre flexili. S. Petrus Regalatus, C. 192.

8. Æta-

8. Ætate primâ, moribus integris. S. Bernardinus Senensis, C. 203.
4. Agno facit Cœcilia. S. Cœcilia. V.M. 386.
5. Agros iste colit, gregesque pascit. S. Felix Cantalicius, C. 199.
2. Alma te Festi canimus, Marina. S. Marina, V. M. 252.
7. Alme Venanti, sæpè Tyrrano. S. Venantius, M. 198.
1. Amplexus tenebras, lumina respuit. S. Paulus Apostolus. 233.
2. Anna, te Christi Genitricis almæ. S. Anna, Mater B. M. V. 261.
1. Annis à teneris, exul ab urbibus. S. Joannes Baptista. 227.
14. Annis à teneris Deum. S. Casimirus, C. 134.
2. Annuit votis, Joachime, Cœlum. S. Joachim, Pater B.M.V. 285.
4. Apes tenellâ dexterâ. S. Petrus Nolasco, C. Fundator. 107.
5. Ardens martyrij sacros triumphos. S. Antonius Paduanus, C. 219.
8. Ardenter almum confugit Ordinem. S. Antoninus, Pont. C. 189.
4. Arij domas deliria. S. Athanasius, Pont. 178.
2. Arma, Fulgenti, truculenta sævæ. S. Fulgentius, Pontifex. 93.

4. Ar-

4. Artes parentûm defugans. S. Ludovicus Beltrandus, C. 342.
2. Aurea Petrus viget in loquendo. S. Petrus Chrysologus, Ep. C. 397.
2. Aureô mundum pretiosus ore. S. Joannes Chrysostomus, Pont. 102.

B

4. BIrgitta, mirè te movet. S. Birgitta, Vid. 339.
4. Blancâ Parente, moribûs. S. Ludovicus, Rex Franciæ. 293.

C

7. CAnimus dignas Principe palmas. S. Hermenegildus, M. 163.
8. Cantare doctus mystica versibûs. S. Paulinus, Pont. 225.
4. Cantare nocturnas preces. Descensio B. M. V. in Temp. Tolet. 98.
4. Captos Fideles solvere. Fest. B. M. V. de Mercede. 325.
9. Castus hic, libidinem. S. Stanislaus, Pont. M. 185.
4. Cœcus furore proditor. S. Mathias, Apost. 120.
4. Cœlis placens Devotio. Santissimum Cor D. N. J. C. 61.

2. Christus ascendens super astra regnat. Ascensio D. N. J. C. 52.
11. Christi manu triumphat fausta Lazarus. S. Lazarus, Pont. 413.
4. Clarum genus te provehit. S. Leocadia V. M. 404.
4. Clemens tuetur obstetrix. S. Liberata, V. M. 254.
8. Columna vastæ clara Poloniæ. S. Hyacinthus, C. 283.
4. Comes Tobiæ provide. S. Raphaël Archangelus. 355.
13. Constanti Michaël conspicuus fide. S. Michaël Archangelus. 330.
4. Cor dulce blandæ Virginis. Santissimum Cor B. M. V. 289.
2. Corda divini jaculis amoris. S. Bonaventura, Pont. D. Eccl. 244.
4. Crucis Joannes nomine. S. Joannes à Cruce, C. 388.
2. Cùm fatigaret stolidus Tyrannus. S. Praxedes, V. 255.
1. Cùm gentes Michaël, dulcis amoribûs. Apparitio S. Michaëlis, Arch. 187.
2. Curiam, totum celebrem per Orbem. S. Isidorus, Agricola, C. 194.

D

4. DE Christi aperto pectore. S. Thomas, Apostolus. 417.
11. Decus, salusque, Patriæ nitet suæ. S. Laurentius Justinianus, Pont. 304.
1. Defensor validæ Gentis Ibericæ. S. Jacobus, Apost. Hisp. Patronus. 260.
1. Defunctæ Dominæ, Borgia, territat. S. Franciscus Borgia, C. 341.
10. Diligit Hedvigem Polonia fausta Patronam. S. Hedvviges, Vidua. 347.
9. Dives, atque nobilis. S. Eustachius, & Socij, MM. 319.
2. Dive, quid vanos coluisse plausus. Conversio S. Augustini, Eccl. D. 183.
2. Doctoris iste gaudet, & Apostoli. S. Joannes Evangelista. 429.
4. Doctor feretrô lugubri. S. Bruno, C.F. 336.
4. Doctus, disertus, eloquens. S. Gregorius Nazianzenus, Pont. 188.
2. Doctus, & prudens, humilis, pudicus. S. Thomas Aquinas, C. D. 136.
3. Dulce Nomen, sempiternâ. Santissimum Nomen JESU. 87.
10. Dùm Cœlum terris prædulcem mittit JESUM. S Anastasia, M. 422.
1. Dùm subdi renuit, Maximus, occupat. S.

S. Urſula, & Soc. VV. MM. 352.
16. Dùm turba quærit Præſulem. S. Ambroſius, Pont. D. Eccleſiæ. 401.
10. Dive tuas palmas canimus, partoſque triumphos. S. Nicolaus Tolentin. C. 309.

E

4. Effulget Antiſtes pius. S. Blaſius, Pont. M. 112.
4. Eliſabeth recentior. S. Eliſabeth, Regina Hungariæ, Vid. 382.
6. Errore, Dive, pulſo luce Cœlica. S. Auguſtinus, Pont. D. Eccleſiæ. 295.
7. Eſt tibi fando ſermo diſertus. S. Vincentius, M. 92.
2. Euge Navarræ generoſa Proles. S. Firminus, Pont. M. 238.
5. Excelſis humilis micans coronis. S. Franciſcus, C. F. 335.
8. Ex Fonte ſacro ſubvehit Angelus. S. Euſebius, Pont. M. 412.
13. Exultat patrio Barbara carcere. S. Barbara, V. M. 399.
1. Exultent homines, carmina concinant. Feſtum Pentecoſtes. 54.

F

15. FAcundus ore personat cunctis cius. S. Hieronymus, D. Ecclesiæ. 331.
8. Fax hæc nitenti lumine Galliæ. S. Hilarius, Pont. D. 80.
12. Felicem recolit te, Petre, Valentia Prolem. S. Petrus Paschasius, Pont. M. 354.
4. Fervente flammis dolio. S. Joannes ante Portam Latinam. 184.
16. Fervore magno spiritus. S. Theresia à JESU, F. 346.
1. Festivis rutilent sydera lucibus. Assumptio B. M. V. 282.
2. Fœminas crebro speciosa captat. S. Bernardus, Abbas. 287.
2. Fortis Ignati, galea decorus. Conversio S. Ignatij Loyolæ. 204.
8. Franciscus astris, ante biennio. Stigmata S. Francisci. 314.
4. Francisce, dulcis gratia. S. Franciscus de Sales, Pont. D. 105.
2. Fulsit Hispanis Isidorus oris. S. Isidorus, Pont. D. 158.

G

GAudeat tellus, hilarescat Æther. Nativitas B. M. V. 306.

4. Gaudens, videt Felicitas. Septem Fratres Mm. 241.
4. Gentes, Philippe, te vocant. SS. Philippus, & Jacobus, Apoſtoli. 177.
4. Gualberte, fratrem qui necat. S. Joannes Gualbertus, Abbas. 242.
4. Gertrudis Orbis ſubdoli. S. Getrudis Magna. 378.
4. Grandævus hac ſplendet die. S. Polycarpus, Pont. M. 101.
1. Grati, pervigiles, pangimus Angelos. SS. Angeli Cuſtodes. 333.

H

2. HAnc Tibi, Verbi, Genitor perennis. Feſtum SS. Trinitatis. 57.
4. Has, Virgo, clemens accipe. Patrocinium B. M. V. 370.
14. Henricus, meritis vigens. S. Henricus Imperator, C. 245.
5. Hic matris gremiò canis, prementis. S. Dominicus, C. F. 271.
8. Hic per quietem, ceu lupus, editus. S. Andræas Corſinus, Pont. 113.
4. Hic Primus inter Martyres. S. Stephanus tomartyr. 423.

4. Hilarionis pangimus. S. Hilarion, Abbas. 351.
8. Hiſpanus oras Damaſus Heſperas. S. Damaſus, Papa. 409.
4. Hôc Symphoroſa lumine. S. Symphoroſa, & ſeptem Filij, MM. 251.
4. Hunc ſanctitas, Infantulum. S. Nicolaus Bari, Pont. 400.

I

1. INfantem tripilci munere Principem. Epiphania D. N. J. C. 75.
12. In puero virtutem omnes mirantur adultam. S. Ramon Nonnatus, C. 299.
4. Inter roſas, America. S. Roſa à Santa Maria, V. Limana. 298.
4. Inter viros clariſsimos. S. Petrus Oxomenſis, Pont. 269.
1. Inventa exhilarat corda fidelia. Inventio S. Crucis. 179.
4. Ignotus æde patriâ. S. Alexius, C. 250.

J

4. JEjuniîs, & febribûs. S. Catharina Senenſis, V. 175.
13. JESUS, ſolendiferô Sole micantior.

Tranſ-

Transfiguratio D. N. J. C. 273.
11. Judex Athenis iste fulget integer. S. Dionysius, & Soc. MM. 348.
2. Jure te Patrem recolunt Iberi. S. Leander, Episc. 143.
4. Juvenem parentes mortui. S. Pudentiana, V. 202.

L

4. LÆtâ juventâ, despicit. S. Paulus Primus Eremita. 81.
15. Læti Fidem vehunt, sonantqae, vocibùs. SS. Martyres Soc. Jesu. 115.
4. Lætis procurat gaudijs. S. Joannes de Matha, C. F. 120.
4. Licèt propinqui te volunt. S. Clara, V. 279.
1. Limani canimus Præsulis inclytos. S. Turibius, Pont. Limanus. 173.
5. Luctùs funerij memor, Camillus. S. Camillus, C. F. 246.
4. Ludos fugas infantula. S. Franciscа Romana, Vid. 138.

M

8. MAgnum monendô Judicij diem. S. Vincentius Ferrerius, C. 159.
4. Magnò, Basili, nomine. S. Basilius Magnus, F. Pont. 221.

2. Magdalæ ſantas lachrymas, amores. S. Maria Magdalena. 256.
3. Martina, fulgens gloria Martyrum. S. Martina, V. M. 106.
16. Martinus Orbis ambitu. S. Martinus, Pont. 372.
13. Maurorum domitis, fauſta, cohortibûs, Triumphus S. Crucis. 247.
4. Medentur iſti languidos. SS. Coſmas, & Damianus, Fratres, MM. 327.
4. Medicum ſalutis ſpiritûs. S. Lucas Evangeliſta. 349.
4. Merces avarô pectore. S. Matthæus, Apoſt. Evang. 320.
4. Miris Hybernos, Patriti. S. Patritius, Pont. 146.
14. Mitis pauperibus Pater. S. Eduardus, Rex, C. 344.
10. Margaris æternis inhians, infantula, regnis. S. Margarita, Regina Scotiæ. 216.
4. Monicam, rebellem Filium. S. Monica, Vidua. 181.
4. Motus Timothæi nomine. S. Timothæus, Pont. M. 99.
2. Multa mærorum ſubiens Joannes. S. Joannes Franciſcus Regis, C. 206.
9. Multa paſſus hic mala. S. Martinus, Papa, M. 374.

4. Multis doces epistolis. S. Ignatius, Pont. M. 109.
4. Mundi, juventâ floridâ. S. Antonius, Abbas. 84.
4. Mundum, juventâ floridâ. S. Franciscus Paula, C. F. 156.

N

15. NArcissus igne Cœlico Germaniam. S. Narcisus, Pont. M. 359.
4. Natura, Dive, protinus. S. Gregorius Thaumat. Pont. 379.
4. Ne, virgo, Christum deseras. S. Apollonia, V. 122.
2. Noluit Christus, Catharina, sponsam, S. Catharina, V. M. 389.
3. Nomen excelsum MARIÆ. SS. Nomen B. M. V. 307.
11. Non urit ardens, Dive, fornax; nec cremat. SS. Januarius, & Socij, Ms. 317.
4. Novis Leo concentibus. S. Leo II. Pap. 230.
4. Norberte, non te celsior. S. Norbertus, Pont. F. 214.
2. Nubilem casto sociare Sponso. Desponsatio B. M. V. 390.
13. Nullis te potuit, Lucia, vincere. S. Lucia, V. M. 410.
2. Numen à primis studiosus annis. S. Petrus

trus Arbuès, M. 315.
4. Nummos, agrô devendito. S. Barnabas, Apoſtolus. 218.
4. Nummis, adhuc infantulus. S. Felix Valois, C. F. 384.

O

4. OBlatus hic eſt Virgini. S. Caycta-nus, C. F. 275.
2. O Domus, totô celebrandâ plauſu! Translatio S. Domûs Lauretanæ. 406.
1. O nox, ſplendiferô ſole micantior! Nativitas D. N. J. C. 420.
15. Opes opimas contulit conſtantia. SS. Joannes, & Paulus, Fratres, MM. 228.
2. Ore formoſô, roſeâque formâ. S. Julianus, Pont. 103.

P

4. PAſchalis annis parvulus. S. Paſchalis Baylon, C. 197.
8. Paſtor fidelis, quem Petrus erudit. S. Apollinaris, P. M. 257.
4. Paſtor vigil, Dux inclyte. S. Pius V. Papa. 182.
1. Patronos recolit noſtra Diœceſis. SS. Emetherius, & Celidonius, Fratres, MM. 133.
4. Præcurſor atros Principis. Decollatio S. Joan-

S. Joannis Baptiſtæ. 297.
2. Perge frater nas remorans quadrigas. S. Stanislaus Koſtka, C. 375.
8. Petrus probatur malleus Hæreſis. S. Petrus, M. 174
1. Petrum conſpicuos inter Apoſtolos. S. Petrus Apoſtolus. 232.
12. Petre, fugis technas, adoleſcens, Orbis & aſtus. S. Petrus Cœleſtinus Papa. 200.
4. Pij Magiſtri te docent. S. Ildephonſus, Pont. D. 94.
6. Piſcator, olim, piſces prendis æquore. S. Andræas, Apoſtolus. 394.
4. Pius Sacerdos te regit. S. Didacus, C. 376.
2. Plauſibûs totus reſonet canorîs. Feſtum Corporis Chriſti. 59.
2. Plauſibûs, Virgo nimis ò beata. Annuntiatio B. M. V. 252.
4. Præclara collactanea. S. Emerentiana, V. M. 96.
4. Præclara Luſitaniæ. S. Eliſabeth, Regina Portugalliæ. 239.
4. Præco, Joannes, Cœlicus. S. Joannes Nepomucenus, M. 196.
2. Præſidem vincit Dorothea bello. S. Dorothea, V. M. 118.
7. Pueris vincit cruda ferocis. SS. Juſtus, & Paſtor, Fratres, MM. 277.
2. Pura dum ſplendet, ſine labe, Virgo.

Festum Purificationis B. M. V. 110.
4. Primâ juventâ fulgidis. S.Canutus,Rex, M. 89.
4. Primâ juventâ, moribûs. S. Anselmus, Pont. 168.
4. Primis ab annis, moribûs. S. Raymundus, C. 95.
2. Pro Fide Christi Genitor peremptus. S.Bibiana,V.M. 396.

Q

4. QUAS alma Christi Passio. S. Turibius, Pont. Asturicensis. 165.
4. Quâ voce,quô vos carmine. SS.Machabbæi, Ffatres, MM. 267.
4. Quæ militarî gloria. Quadraginta SS. MM. 140.
4. Quid juvat, Hærodes, furor ? S. Petrus ad Vincula. 266.
4. Quid, Saule, tantum desipis ? Conversio S. Pauli. 100.
3. Qui nos à scelerum compede liberat. Circunciſio D. N. J. C. 71.
2. Qui, procul Cœlis, habitamus Orbem. Festum Omnium Sanctorum. 361.
4. Quod ore Petri audiverat. S. Marcus, Evangelista. 170.

4. Quò pergis, alma Eulalia? S. Eulalia Barcinonensis, V. M. 124.

R

7. RAbie frendens, ferus Hærodes. SS. Innocentes, MM. 426.
12. Recreat Hispanos Translatio fausta Patroni. Translatio S. Jacobi, Apost 428.
4. Regis superni Nuntius. S. Gabriel Archangelus. 147.
4. Restaurat hic Hispaniam. S. Ferdinandus, Rex. 211.

S

1. SElectus Populus, Gens pia, Gens sciens. Sancta Ecclesia Catholica. 381.
4. Senem Marinum convenis. S. Romualdus, Abbas. 119.
4. Silvester anni circulum. S. Silvester, Papa. 429.
4. Splendore Petrus diluit. S. Petrus de Alcantara, C. 350.
16. Suavi Leo dulcedine. S. Leo primus Papa. 162.
4. Summi Parentis Filium. Patrocinium S. Joseph. 172.

T

4. TE Cœlicus splendor notat. S. Joannes de Deo, C. F. 137.
4. Te Casta Ductrix Virginum. S. Martha, V. 263.
3. Te dolentem, Virgo Mater. Septem Dolores B. M. V. 23.
14. Te dulcî canimus Lyrâ. S. Stephanus Rex Hungariæ. 301.
1. Te expectant avidæ, Xavier, insulæ. S. Franciscus Xavier, Indiar. Apost. C. 398.
4. Te, Fabiane, pangimus. SS. Fabianus, & Sebastianus, MM. 90.
8. Te jure laudum munere tollimus. S. Petrus Alexandrinus, Pont. M. 392.
16. Te laude Sanctorum Patrum. S. Tecla, V. M. 324.
6. Te pangimus læti, Sponsam cui Conditor. S. Joseph, Sponsus B. M. V. 149.
4. Te, Patris alma Filia. Festum Rosarij B. M. V. 337.
4. Te Petrus ipse diligens. S. Clemens Papa, M. 387.
4. Terris futurum prosperum. S. Carolus Borromæus, Pont. 367.
8. Te, Thoma, gratô carmine psallimus. S. Thomas Villanova, Pont. 316.
4. Te Thoma, tota Ecclesia. S. Thomas

Can-

Cantuariensis, Pont. M. 427.
4. Te vocat dulcî, Lodoix, ad almum. S. Aloysius Gonzaga, C. 224.
1. Toleti tumulus te decet in solo. S. Eugenius Pont. M. Patronus Toleti. 377.
4. Torquatus, Accî gloria. S. Torquatus, Pont. M. 195.
5. Tortor te timuit, timet lupanar. S. Agnes, V. M. 91.
1. Totîs Igniades viscerib⁹ Deum. S. Ignatius de Loyola, C. F. 265.
7. Tredecim, solùm, numerans annos. S. Prisca, V. M. 86.
2. Tristis, ò JESU Genitrix, dolentî. Festum Septem Dolorum B. M. V. 321.
4. Turbæ fideles, quis furor. Innumerabiles MM. Cæsaraugustæ. 366.
6. Tyrannus optat, fortem te Laurentium. S. Laurentius, Levita, M. 278.

U

2. UT bibat Templô documenta Cœli. Præsentatio B. M. V. 385.
4. Ut pœnitentes expiet. S. Philippus Nerius, C. F. 207.

V

4. VAnîs procurat fraudibus. S. Agatha, V. M. 117.

Ve-

16. Vehit Senatorum genus. S. Gregorius Magnus, Papa, D. Ecclesiæ. 141.
14. Venceslaus nitet hac die. S. Venceslaus, Dux, M. 329.
2. Ventre Supremi Sobolem Parentis. Visitatio B. M. V. 235.
1. Vergaræ, soboles, & decus inclytum. S. Martinus Vergarensis, M. 116.
4. Verbis salutis Indiam. S. Bartholomæus, Apostolus. 292.
4. Virgo, decus mortalium. Festum B.M. de Monte Carmelo. 249.
2. Virgo, divinum paritura Fœtum. Expectatio B. M. V. 414.
2. Virginis Matris canimus trophæa. Festum Conceptionis B. M. V. 403.
2. Virgines inter celebres Iberas. S. Florentina, V. 144.
4. Vis sede Collis, celsior. Festum B. M. ad Nives. 272.
4. Vitâ cupis Monasticâ. S. Dominicus Calceatensis, C. 191.
9. Voce clarus incitat. S. Philippus Benitius, C. F. 291.
4. Vos corde JESUM strenuô. SS. Simon, & Judas, Apostoli. 358.
4. Votô decennis Magdala. S. Maria Magdalena de Pazzis, V. 209.

CLÀ-

CLAVIS

Ad dignoscendum quo quisque Hymnus artificio, quâve carminum specie coalescat ejus structura. Numerus appositus notat numeros Marginales Indicis præcedentis.

NUMERUS PRIMUS.

DIcôlos Tetrastrophos, ut illud Horatij Lib. 1. Ode 6.

Scriberis vario fortis & hostium, &c.

Primi quique versus sunt *Asclepiadieis*, qualis ille ejusdem Horatij: *Mœcenas, atavis edite Regibus.* Quartus Glyconicus, qualis ille ejusdem etiam. *Sic te Diva potens Cypri.* Hanc speciem versûs habes in Romano Breviario, in Comm. MM. ad Vesperas: *Sanctorum meritis inclyta gaudia*, & alibi. Hujus speciei sunt quotquot notantur sub hoc numero in Indice præcedenti. Et sic similiter de numeris sequentibus.

NUMERUS II.

DIcôlos Tetrastrophos, ut illud Horatij Lib. 1. Ode 2.

Jam satis terris nivis atque diræ.

Id genus versûs habes etiam in Breviario, ut ad Vesperas Confessorum: *Iste Confessor Domini, colentes*, & alibi. Quartô locô habet *Adonicum* ex *Dactylo*, & *Spondeo*.

NU-

NUMERUS III.

Trochaicum Archilochium Tetrametrum Catalectum. Constat septem pedibûs, & una in fine syllabâ. Componitur ex *Trochaico Alemanio* & ex *Trochaico Euripidio.* Ideò, licèt integrum scribi possit, solet, tamen, dividi in duo *Semi-Trochaica*; & alternatim subijci brevius longiori; nempe: *Euripidium Alemanico*, ut illud Ecclesiæ:

Pange, lingua, glorioſi
Corporis myſterium.

Antiquiores, tamen, jungebant hæc in unum, ut Suetonius in vita Cœsaris:

Ecce Cæſar jam triumphat, qui ſubegit
Galliam.

Et Ecclesiæ illud elegantiss. æquè ac pijssimum Carmen de Passione Domini:

Pange, lingua, glorioſi lauream Certaminis.

NUMERUS. IV.

Jambicum Dimetrum Archilochium Acatalecticum: constat quatuor pedibûs, quorum ultimus est *Jambus*, secundus *Jambus*, aut *Tribrachys*, & aliquandò *Anapæstus*: ut Boëtius:

Te, Chriſte, ſolùm novimus.

Hôc versûs genere sæpissimè utitur Ecclesia; quam ego imitatus, eôdem etiam utor frequentius.

NUMERUS V.

Phaleucum, quod autonomasticè solet *Hendecasyllabum* appellari; id est: constans unde-

cim

cim syllabis. Constat *Spondeo Dactylo*, & tribus *Choreis*, ut illud Martialis, Lib. 1.

Hic est, quem legis: ille, quem requiris.

NUMERUS VI.

Jambicum Trimetrum Acatalectticum: Quod Latini *Senarium* vocant: Sex pedibus *Jambis* constat, dùm purum est; ut illud Horatij in Epod. *Beatus ille, qui procul negotijs.* Dùm non est purum; sed mixtum, tum in secundo, & quarto locò, præter *Jambum*, admittit *Tribrachym*, ipsi comparem; ac in primo, tertio, & quinto loco, præter *Jambum*, & *Tribrachym*, admittit, etiam, *Spondeum*, atque *Anapæstum*, *Dactylum*; raroque *Proceleusmaticum*; pedes *Spondeo* ipsi compares. Horat. in Epodo:

Pavidumque leporem, & advenam laqueo gruem.

NUMERUS VII.

Anapæsticum, *Archilochium*, *Acatalectticum*, constat quatuor pedibus, vel *Anapæstis*, vel *Anapæsto* comparibus; nempè: *Dactylo* (dùm non sit in secundo, aut quarto loco) *spondeo*, aut *Proceleusmatico*. Ut illud Senecæ:

Lugeat Æther, magnæusque Parens
Ætheris alti, Telluſque ferax,
Et vaga ponti mobilis unda,

NUMERUS VIII.

Tricolos Tetrastrophos, ut illud Horatij Lib. 1. Ode 9.

Vides ut altâ stet nive candidum
Soracte; nec jam sustineant onus
Sylvæ laborantes, geluque
Flumina constiterint acuto.

Hoc carmine nusquam utitur Ecclesia: ideoque, quia in hoc Opere frequenter invenitur; in ejus explanatione prolixior ero. Primi quique duo versus sunt *Dactylici*, *Alcmanij*, *Acatalecti*: constantque *Pentemimeri Jambica*; id est: ex *Jambo*, vel *Spondeo*, *Jambo*, & syllaba, quæ dicitur *cæsura*; dein-

deindè duobus *Dactylis*, vel ultimo *Amphimacro*. Tertius est *Jambicus*, *Archilochius*, *Dimeter*, *Hypercatalecticus*, constans quatuor pedibus, primo, & tertio *Jambo*, vel *Spondeo*, secundo, & quarto *Jambo*, dumtaxàt; deinde supereſt ſyllaba. Quartus, verò, eſt *Dactylicus Alcmanius*, *Acatalectus*; conſtans ex *Dimetro Heroyco*, & *Dimetro Trochayco*; ideſt: duobus *Dactylis*, & duobus *Trocheis*, ſive *Choreis*; vel ultimo *ſpondeo*. Hoc Carmen vocatur antònomaſticè Horatianum, quòd primus illud invenerit, atque condiderit ſæpiſſimè.

NUMERUS IX.

Dicolos, *Diſtrophos*, quale illud Horatij. Lib. 2. Ode 18.

Non ebur, neque aureum.
Mea renidet in domo lacunar.

Primus quiſque verſus eſt *Trochaicus Dimeter*, *Catalectus*, conſtans ex Tribus *Trocheis*, & ſyllaba. Secundus, verò, *Jambicus*, *Archilochius*, *Dimeter Catalectus*, conſtans ex quinque *Jambis*, & ſyllaba. Recepto, tamen, in locis imparibus ſpondeo.

NUMERUS X.

Dicolos, *Diſtrophos*, ut illud Horatij, Lib. 4. Ode 7.

Diffugere nives, redeunt jam gramina campo;
Arboribuſque comæ.

Primus eſt Verſus *Exameter*; qui cuique eſt obvius. Secundus (qui à *ſemi-Pentametro* non differt) nuncupatur *Dactylicus*, *Archilochius*, *Dimeter*, *Hypercatalecticus*. Conſtat ex duobus *Dactylis*, & *cæſura*.

NUMERUS XI.

Dicolos, *Diſtrophos*, ut illud, etiam, Horat. in Epod. Ode 1.

Ibis Liburnis inter alta navium,
Amice, propugnacula.

Primus verſus eſt *Jambicus*, *Hipponacticus*, *Trimeter*, *Acatalecticus*: conſtans ex ſex *Jambis*; recepto, tamen, in locis imparibus, etiam, *Spondeo*. Secundus, verò, eſt *Jambicus*, *Archi-*

chilochius, Dimeter, Acatalecticus, constans quatuor *Jambis* recepto, tamen, in locis imparibus *Spondeo.*

NUMERUS XII.

Dicolos, Distrophos, ut illud Horatij in Epodo, Ode 16.

Altera jam teritur bellis Civilibus ætas:
Suis & ipsa Roma viribus ruit.

Primus versus est *Exameter.* Secundus *Jambicus, Hipponacticus, Trimeter*; qualis ille proximè explicatus: *Ibis Liburnis inter alta navium*; quamvis in hac Ode secundus quisque versus constat solis *Jambis.* Quod semel, tantùm, legitur, feciſſe Horatius. Ut ego etiam semel, tantùm: in Hymno, nempe. S. Philippi Benitij, C. F. 23. Aug. Vide ibi secundum-quemque versum.

NUM. XIII.

Tricolos, Tetrastropos, ut illud Horatij, Lib. 1. Ode 13.

O navis, referent in mare te novi
Fluctus, ò quid agis? Fortiter occupa
Portum. Nonne vides, ut
Nudum remigio latus.

Primi quique duo versus sunt *Asclepiadæi.* Tertius est *Pherecratius, Trimeter, Acatalecticus:* constans ex *Spondeo, Dactylo,* & *Spondeo.* Quartus est *Glyconicus*; qualis ille: *Diva, potens Cypri.*

NUM. XIV.

Dicolos, Distrophos, ut illud Horatij, Lib. 1. Ode 3.

Diva potens Cypri:
Sic fratres Helenæ, lucida sydera.

Primus quisque est *Coriambus, Glyconicus, Trimeter, Acatalecticus:* constans ex *Spondeo, Coriambo,* & *Pyrrichio,* vel *Jambo.* Secundus, verò, *Coriambus, Asclepiaceus, Tetrameter, Acatalecticus* ex *Spondeo,* duobus *Coriambis, Pyrrichio,* vel *Jambo.*

NUMERUS XV.

Tricolos, Tristrophos, ut illud Ecclesiæ in Hymno S. Elisabeth Reginæ Portugaliæ, 8. Julij:

Do-

Domare cordis impetus Elisabeth
Fortis, inopsque; Deo
Servire regno prætulit.

Primus quique versus est *Senarius*, ut explicatus in hac Nota; Numero 6. Secundus, ut ille: *Arboribusque comæ*, vide in hac Nota; Num. 10. Tertius, ut ille: *Amice, propugnacula*, ut in hac Nota, Num. 11.

NUMERUS XVI.

UT explicatus in hac Nota, Num. 4. hi, tamen, in quamvis *Strophas* ex continenter [illegible] ut elegantissimus ille S. Ecclesiæ, [illegible] rationis Ecclesiæ: *Cœlestis Urbs Hierusalem*, &c. [illegible] *vertice.*

Pro versu [illegible] diversum non addo; quippe qui in eo, tantum, a *Senario Iambico* differt quòd in 5. pede semper *Iambus* postulet; sive vero, *spondæum*; ut illud Martialis: *Ex tempestatis fastus est mensis Rosæ.* Quod ego genus versus inter *Senarios* quandoque adhibeo.

Præter hos Hymnos, [illegible] plurimas invenies Elegias, quæ non indicent explanationem.

GENERA, SEU SPECIES, VERSUUM, QUI HOC Opere continentur.

Exameter.	Anapæsticus.
Pentameter.	Dactylicus Alcmanius.
Asclepiadeus.	Archilochius.
Glyconicus.	Dactylichus Acatalectus.
Saphicus.	Trochaicus Dimeter.
Adonicus.	Jambicus Archilochius.
Trochaicus.	Dactylicus Archilochius.
Jambicus Dimeter.	Jambicus Dimeter Acatalectus.
Phaleucus.	Pherecratius.
Jambicus Senarius.	Scazonius.

FINIS.